Zw. III. 175. Ea adhaesio, qua deo ut solo bono, quod solum aerumnas nostras sarcire, mala omnia avertere aut in gloriam suam convertere possit, inconcusse fidit, eo parentis loco utitur, pietas, religio est. Germana pietas isthic solummodo nascitur, ubi homo non modo deesse sibi multa putat, sed adesse penitus nihil videt, quo placere deo possit, liberalitatem vero tantam, ut nihil quicquam negari possit; apud deum enim misericordia, fons vitae, salus. Vera religio vel pietas haec est, quae uni solique deo haeret. Ergo pii sunt, qui unum dominum suum audiunt, qui eos a carne sic avulsit ac sibi adjunxit, ut ejus unius vocem audire cupiant. Requirit ergo vera pietas, ut ab ore domini pendeat, nullius praeter sponsi sui verbum vel audiat vel recipiat.

Calv. II. vii. 8. Lege damnati, omissa propriae virtutis stolida opinione, sola dei manu stare se et consistere intelligant, ut nudi et vacui ad ejus misericordiam confugiant, in hanc se toti reclinent, in hanc penitus se abdant, hanc unam pro justitia et meritis arripiant, quae omnibus in Cho. exposita est, quicunque eam vera fide expetunt et exspectant. ii. 1. Sibi minutulum justitiae homo arrogare non potest, quin et deo praeripiatur suus honor, et ipse temeraria confidentia labefactetur. Tenendum, hominem nihil boni penes se reliquum sibi esse edoctum — — non propriis bonis sed participatione dei fore beatum. III. ii. 1. Quia supra vires nobis est legem implere, una liberationis ratio est fides in patris misericordiam.

Leydecк. 254. In locum foederis operum violati foedus gratiae successit i. e. promissio de danda peccatori gratia per *νόμον τῆς πίστεως*, qua anima totam salutis rationem deo tradit, ab ipso ad vitam dependet — —. 256. Deus principalem constituit partem foederis, cum sit independens, de suis tantum beneficiis foedus pangit, ipse foederis rationem invenit, offert, facit efficacem, prior reconciliari vult cum peccatore plane perdito. 236. Non in suis viribus vel *αὐτεξουσίᾳ* hominis principium boni habent. Reformati omne bonum in genere entis deo summo enti adscribunt, et multo magis in genere moris. — Praefat. Reformatam theologiam ex principiis ipsius Chri-

stianismi i. e. ex trina gratia dei salvatoris juxta aeternum propositum defendi. Fratres Lutherani nesciunt gratiae efficaciam. Nota sunt Socinistarum, Anabap. Remonstr. omniumque, qui gratiae efficacis hostes sunt et naturam laudant, ἐγκλήματα. Quippe sub laudibus naturae latent inimici gratiae, ut recte Augustinus dicit.

Heidbg. xxi. 39. Habemus nos in ea operatione (gratiae divinae) mere passive ut materia patiens et subjectum δεκτικόν, gratiosam illam operationem recipiens, non ulla tamen vi vel coactione interveniente.

Stapf. 1. 18. «Die natürliche Religion besteht darin, dass der Mensch von Gott als seinem Schöpfer und Erhalter gänzlich abhängt; die geoffenbarte darin, dass der Mensch von Gott nicht nur als seinem Schöpfer und Erhalter, sondern auch als von seinem Heiland und Erlöser gänzlich abhängt.»

Schl. «Das Eigenthümliche der christlichen Frömmigkeit, sofern sie auf der Erlösung beruht, ist, dass wir uns dessen, was in unsern Zuständen Gemeinschaft mit Gott ist, bewusst sind als auf einer Mittheilung des Erlösers beruhend, welche wir Gnade nennen; dass alle Annäherung an den Zustand der Seligkeit begründet ist in dem neuen, göttlich gewirkten Gesammtleben, welches der Sünde entgegenwirkt.»

2) Die Gottesidee absoluter Causalität, der Natur gegenüber allwissende Allmacht, der sittlichen Welt gegenüber potenzirt zum heilig gütigen, gerechten und weisen Willen, erscheint hier der spirituellen Sphäre gegenüber vollends gesteigert als *gratia*, die weil alle göttlichen Eigenschaften in ihr aufgehoben und enthalten sind, die höchste Aktuosität Gottes ist, von nichts ausser ihr abhängig.

Zw. III. 163. Inutile esset mortalibus, si hoc summum bonum deus sibi soli saperet; necesse est, ut benignum sit ac liberale. Est fons omnium rerum, nemo, priusquam esset, meruit ut ex illo nasceretur, sic et perenniter liberalis est in eos, quos ad hoc unum genuit, ut liberalitate sua fruerentur. Ipsum frui aliis nequit, nam inferiora ipso sunt, ac nisi fruantur a quo sunt, consistere non possunt.

Calv. III. xxi. 1. Numquam liquido persuasi erimus salutem nostram ex fonte gratuitae misericordiae dei fluere, donec innotuerit nobis aeterna ejus electio, quae — gratiam dei illustrat. Hujus principii ignorantia quantum ex gloria dei imminuat, quantum verae humilitati detrahat, palam est. Per gratiam — non ex operibus. — Constat non aliunde quam ex mera dei liberalitate contingere nobis salutem. 7. Consilium de salute in gratuita dei misericordia fundatum est.

Hyper. 483. Tanta est hominis infirmitas, ut sine dei auxilio ac gratia ad bonum ne aspirare quidem queat.

Alst. 463. Causae foederis gratiae sic habent: Efficiens est deus, qui sola bonitate sua ad illud — adductus est.

Wend. 179. Gratiam, cui salutem debemus, esse efficacem, arbitrii dominam, non famulam.

Leydeck. Praefat. Lutherani recurrunt ad praeconium universalis ac sufficientis gratiae et electionis ex fide praevisa atque ad tutelam liberi arbitrii.

Schl. «Die göttliche Ursächlichkeit in der Weltregierung, auf welche wir unser Bewusstsein von der durch die Erlösung wiederhergestellten Gemeinschaft mit Gott zurückführen, stellt sich uns dar als Liebe und Weisheit.»

3) So gefasst ist die *gratia* nothwendig *efficax*, womit festgestellt wird, dass Gott auch in seiner Gnadenaktuosität absolut sei, unabhängig von den Kreaturen, unbedingt oder unbeschränkt wirksam.

Calv. III. xxiv. 12. Suae vocationis efficacia salutem, ad quam eos aeterno consilio destinavit, perficit deus.

Wend. 178. Gratia est efficax, quae effectus perpetuo consequitur. — Adam sufficientem habuit, qua constare potuisset, efficacem non habuit. 1176. Quaeritur inter nos et Pontif. et Arnim. an gratia convertens sit efficax, i. e. electus necessario convertatur. Nos affirmamus, dat enim nobis velle et posse. (Sonst hinge es nicht von Gott ab, sondern vom Menschen.) 1178. Voluntas hominis efficacior foret quam dei, quod absurdum.

Schl. «Die göttliche Ursächlichkeit in der Weltregierung, auf welche wir unsere Erlösung zurückführen, stellt sich uns dar als Liebe und Weisheit.»

4) Wie schon die *providentia* überhaupt, so ist namentlich die *gratia* auch *irresistibilis*, d. h. sie weiss uns willensmässig zum für uns beschlossenen Heil vollkommen sicher hinzuführen, ohne dass der Sündenwiderstand Gottes Zweck vereiteln kann.

Cand. Dordr. 4. (rejicimus errorem eorum) qui docent — — hominem deo et spiritui regenerationem ejus intendenti — ita posse resistere et actu resistere, ut sui regenerationem prorsus impediat. Hoc enim nihil aliud est, quam tollere efficaciam gratiae.

Wend. 1179. Barbaro vocabulo haec gratia irresistibilis dicitur, non quod omnem omnino resistendi facultatem excludat, quae in corrupta natura est, sed quod effectum gratiae totaliter et finaliter im-

pedire non valemus. Contradicunt Pontif. Socin. et Armin. qui statuunt conversionem esse in hominis arbitrio positam, duce Pelagio; 1183. et recentes Lutherani quidam.

Rvss. I. 435. Gratia est irresistibilis, ita ut homo eam impedire non possit. Quamvis voces resistibilis et irresistibilis minus aptae sint, — — quum aliud sit resistere, aliud superare. Non quaeritur de resistendi potentia vel de resistentia inchoata et incompleta, hoc nostro damno nimis experimur, sed de resistentia totali et completa, i. e. de resistentiae successu, an homo eatenus resistere possit vel actu resistat, ut gratiam vincat, et voluntas maneat semper in ancipiti, quod asserunt adversarii, nos negamus. Nec quaeritur de gratia externa et objectiva, — verbo et mediis, sed de interna et subjectiva, ut eventus, quem deus intendit, non sequatur. Ergo quaestio est: an positis omnibus operationibus gratiae, maneat tamen ipsa conversio in potestate hominis, ut possit eam recipere vel rejicere. Numquam homo finaliter gratiam superat.

5) Wie schon die sittliche Aktuosität Gottes, somit die *providentia efficax* eine *specialis* ist, d. h. als sittliche nicht allen Kreaturen, sondern nur den rationalen sich erweist: so ist die noch höhere Gnadenaktuosität eine noch speziellere, d. h. nicht allen rationalen Kreaturen und gleichzeitig schon erweisbar, sondern nur den erwählten Kindern Gottes.

II. Die schlechthinige Abhängigkeit der sündigen Menschheit in ihrem Heilsleben von Gottes Gnade ist besonders auszusprechen in der Lehre der Prädestination, die, noch vor ihrer dualistischen Gestaltung betrachtet, aussagt, dass über das Heilsleben der rationalen Kreaturen in ewigem Rathschluss oder Weltplan entschieden sei, welchen Gott rein und absolut nach absolut freiem Willen unabänderlich festgestellt habe, so dass weder das Verdienst Christi, noch die vorhergesehene Beschaffenheit der Menschen, noch irgend sonst etwas ausser Gott ihn bestimmt hat. Der Rathschluss ist darum doch weder arbiträr noch zufällig, sondern so wie Gottes absolute Vollkommenheit ihn fassen wollte.

1) Wie vom Gefühl der gänzlichen Abhängigkeit aus, für alles was geschieht, menschlicher Weise eine ewige Prädetermination anzunehmen ist in der *providentia*, so auch für die

Sphäre des Heilslebens, auf welche die *praedestinatio* specifisch bezogen wird.

Zw. IV. 113. Est electio libera divinae voluntatis de beandis constitutio. Haec definitio genus habet constitutionem, quam pro decreto, sententia aut etiam destinatione accipimus, quum alias consilium aut deliberationem quoque significet. — Constitutio magis convenit divinae majestati, quae longa circumspicientia nihil eget. Ex natura sua, quae ipsa bonitas est, constituit.

Calv. III. xxi. 5. Praescientiam cum tribuimus deo, significamus omnia semper fuisse ac perpetuo manere sub ejus oculis, ut ejus notitiae nihil futurum aut praeteritum sed omnia sint praesentia, ut non ex ideis tantum imaginetur, sed tamquam ante se posita vere intueatur ac cernat. xxiii. 6. Quum non alia ratione quae futura sunt praevideat, nisi quia ita ut fierent decrevit: frustra de praescientia lis movetur, ubi constat, ordinatione potius et nutu omnia evenire.

Beza. qu. I. 36. Principium salutis nostrae a deo est, qui prior nos nondum natos imo etiam ante jacta mundi fundamenta elegit in Cho. et prior nos suo tempore natos diligit et cognoscit, Cho. non jam insertos, sed inserendos.

Canon. Dordr. I. 9. Causa hujus gratuitae electionis est solum dei beneplacitum.

Alst. 176. Praedestinatio differt a providentia tamquam decretum speciale de creaturis intelligentibus cum respectu aeterni status.

A. Dikst. 145. Sequitur status gratiae sc. salutaris; considerabimus primo fontem et decretum in praedestinatione, — tum executionem in redemtione.

2) Diese Heilsprädestination ist ein absoluter Rathschluss Gottes, auf den weder Christus und sein Verdienst, noch etwa gar unsere vorhergesehenen angeblichen Verdienste bestimmenden Einfluss haben; vielmehr ist der Rathschluss des Heils das erste, höchste, und beschliesst die Bedingungen mit.

Zw. IV. 113. Thomas Aq. docet eligere deum ex praevisa nostra conditione. Quae mihi sententia ut olim scholas colenti placuit, ita illas deserenti et divinorum oraculorum puritati adhaerenti maxime displicuit. — Potentiam dei minuit. Praedestinatio libera est citra omnem inspectum bene aut male futurorum. — Constituit ex ipsa sua natura, quae bonitas est, libere, ut non a nostra constitutione pendeat, neque eam sequitur.

Calv. III. xxiii. 8. Ambros. Orig. Hieron. censuerunt, deum suam gratiam — dispensare, prout ea quemque bona usurum praeviderit. Adde Augustinum aliquando in ea fuisse sententia, sed quum melius in scripturae cognitione profecisset, retractavit ut falsam et confutavit. — Gratia dei non invenit eligendos sed facit. 9. Nihil in electione nisi meram dei bonitatem nos intueri oportet.

Hyper. 184. Deus eligit juxta beneplacitum suum, ἐν αὐτῷ; i. e. eligendo aliquos nihil respicit extra sese, nihil in his, qui eliguntur, nihil in ulla re alia; simpliciter gratuita est — —. 194. fit — nullis hominum meritis aut praecedentibus aut consequentibus, sed a gratuita et spontanea voluntate. Elegit ab aeterno, non secundum opera nostra sed secundum propositum et gratiam.

Canon. Dordr. I. 9. Electio facta est non ex praevisa fide fideique obedientia, sanctitate aut aliqua bona qualitate et dispositione tamquam causa seu conditione in homine eligendo praerequisita — — Ac proinde electio est fons omnis salutaris boni, unde fides, sanctitas cet. ut fructus et effectus profluunt.

Alst. 182. Electio eligit Chi. naturam humanam cum τῷ λόγῳ uniendam et fideles in eandem unionem.

Kritik. Bevor die einzelnen Dogmen entwickelt werden, ist zurückzugehen auf das Wesen der Erlösungsreligion, welche in ihrer Sphäre wieder nichts anderes ist, als Gefühl schlechthiniger Abhängigkeit von Gott. Eben im Heilsleben, im Gnadenstand macht sich dieses Gefühl am ungehemmtesten geltend. Hier erscheint nun die absolute Causalität und Aktuosität, d. h. Gott, als die Gnade, und diess ist der reformirte Begriff der Gnade, die göttlich absolute Aktuosität in allem, was Erlösungs- und Heilsleben heisst; daher von selbst die durchdringende Kraft der *Gratia* folgt; sie ist *efficax et irresistibilis*, und diese viel angefochtenen Bestimmungen sind nichts überraschendes für den, welcher schon den reformirten Begriff der *providentia* und *voluntas dei efficax* in der sittlichen Welt als die göttliche Aktuosität erkannt hat. Aus denselben Gründen, mit denen erwiesen werden wollte, dass unter solcher Providenz keine Autousie der Kreatur, wohl aber Wille und Spontaneität umfasst sein könne, folgt nun auch hier, dass die *gratia* keineswegs zwingend, sondern Willen weckend und leitend ihr Ziel erreiche; [illegible] immer ist es eine missverständliche Polemik, wenn, wie

z. B. bei Walch «Einleitung in die polemische Gottesgelahrheit» Jena 1752. S. 1004 eine zwingende Gnade unterschoben wird. Kommen Sätze vor, dass Gott sogar unsere Sünden irgendwie will und exequirt, obgleich für ihn nicht als Sünden, wohl aber für uns: so hat man diess eben nur sagen können, weil nachher zu lehren ist: Gottes *gratia efficax* wirke auf alle und jede Weise unsere Erlösung. Die Unwiderstehlichkeit oder Unausweichlichkeit und Unabweisbarkeit dieser Gnadenaktuosität ist so sorgfältig erklärt worden, dass uns nichts beizufügen übrig bleibt. Die Lutheraner haben offenbar, weil sie diese Prädicate der *gratia* verwerfen, einen andern Begriff *gratia* genannt als die Reformirten, daher eine Verständigung nicht unmöglich wäre. Bloss ein anderer Ausdruck für die schlechthinige Abhängigkeit alles Heilslebens ist das Dogma von der Prädestination, welche somit als eine auch schlechthin absolute dargestellt werden musste, gerade so wie die *providentia* überhaupt, oder das *decretum providentiae*. Unstreitig ist das Reich der Erlösung von freiem, absolutem ewigem Rathschluss beschlossen. Man eilte aber so sehr auf den Dualismus der Prädestination los, dass jenes noch allgemeine wenig ausgeführt wurde und immer schon von dualistischer Gnadenwahl, *electio*, die Rede ist. Dennoch war es nothwendig, die Prädestination, noch abgesehen vom später zu besprechenden Dualismus, als einen absoluten Rathschluss im reformirten System aufzuzeigen. Erlösung überhaupt ist von Gott gewollt aus reinem Wohlgefallen seiner Liebe und Gnade, gewiss nicht wegen vorhergesehenen verdienstlichen Entgegenkommens der sündigen Kreatur. Viel schroffer gestaltet sich die Prädestination für die Engelwelt, denn hier ist für die fallenden Engel der Fall angeordnet ohne auf Erlösung hin. Dass dennoch diese Prädestination festgehalten wurde, ist wieder ein Beweis, wie sehr das System von der Grundidee schlechthiniger Abhängigkeit aller Kreaturen beseelt ist. Stellte man sich einmal das Loos der Engel ohne Erlösung dualistisch vor, nun so musste es im ewigen Decret frei und absolut so gewollt sein; denn sonst wäre Gott nicht Gott, Kreaturen würden über den Weltgang entscheiden.

1. *Gott nach seiner Kundgebung in der erlösenden Offenbarung oder Gott als der Dreieinige.*

§. 74. In der Sphäre erlösender Offenbarung schliesst sich uns das Eine Wesen Gottes als dreifaltiges oder dreieiniges auf; wir werden inne, dass Gott nicht bloss im Himmel oder in sich selbst lebt über und hinter, kurz jenseits der Erscheinungswelt, transcendent, sondern auch wahrhaft eintritt in die höchste Schöpfung und bleibend in ihr gegenwärtig ist, immanent. *Deus triunus*, Gott ist der Vater, der Sohn und der heilige Geist.

Eine energische Gottesidee, wie das reformirte System sie hat, kann keine blosse Transcendenz Gottes annehmen, ebenso wenig blosse Immanenz, denn jene würde die Unendlichkeit Gottes beschränken, die Welt als deren Schranke ansehen; diese aber würde die Welt und Kreatur vergöttern, was gegen die reformirte Grundrichtung wäre. Gott ist schon überhaupt betrachtet wahrhaft unendlich, ein absolut in sich seiendes und doch auch die von ihm geschaffene Welt mit wesenhafter Gegenwart durchdringendes und erfüllendes Wesen. Nur aus dieser energischen Elementaridee kann folgerichtig die Dreieinigkeit Gottes in der Offenbarungs- und Erlösungssphäre dann hervorgehen. In der Natur sehen wir zwar einen Abglanz, in der moralischen Welt einen ebenbildlichen Ausdruck Gottes, er selbst aber ist von diesem Ausdrucke verschieden; erst in der Offenbarung schliesst sich seine Wesenheit so vollständig auf, dass sie selbst in der Kreatur sich dem unmittelbaren Selbstbewusstsein, dem Gemüthe zu empfinden und zu erleben giebt schon in der Prophetie, vollends aber mit der menschlichen Natur sich eint in der Incarnation. In diesem liebenden Sichmittheilen wird Gottes Wesen an sich nun als der Vater bestimmt, Gottes Wesen aber, wie es sich den Menschen giebt, aus sich hervorgeht als der λόγος oder Sohn, von welchem namentlich für das Stadium vor der Incarnation der heilige Geist nicht überall klar unterschieden wurde. Die spätere kirchliche Ausbildung des Trini-

tätsdogma mit ihren künstlichen Termen ist nichts wesentliches, noch überall bequemes, wohl aber ist sie werthvoll als Cautel gegen falsche Bildungen, die das Dogma annehmen könnte, namentlich wider Arianismus und Sabellianismus.

I. Die energische Gottesidee, welche im reformirten System aus schlechthiniger Abhängigkeit alles Kreatürlichen und Geschichtlichen hervorgeht, ist keineswegs blosse Transcendenz, ebenso sehr Immanenz. Darum kann folgerichtig die Dreifaltigkeit des Einen göttlichen Wesens dann gefolgert werden; obwohl die kirchlich üblich gewordenen *termini* des Dogma als nicht biblisch unwesentlich sind, mag man sie dennoch beibehalten als richtige Cautelen gegen falsche Auffassungen.

1) Gott als *summum et solum bonum*, als absolute Causalität und Aktuosität aufgefasst, ist nicht bloss transcendent, d. h. hinter, jenseits der Welt, sondern auch dieser immanent.

Zw. IV. 88. Deus est fons et origo omnium quae sunt. Nec quicquam esse aut existere potest, nisi in eo et ex eo sit atque existat quod solum est. 89. Numen de suo Esse esse istud accepit quod creaturis suis dedit; ita quaecumque sunt, ipsum sunt, in ipso sunt, per ipsum sunt. Neque ita quasi contrarium (Anderssein) sit Esse creaturarum ab illo Esse numinis, sed quasi ejusdem generis, fontis ac parentis. — Unum ac solum natura infinitum esse dico. Nam si duo quaedam, essentia diversa, infinita esse perhiberentur, non minus incommodi sequeretur, quam si quis lucem esse tenebras diceret, nam quocunque aeternum infinitum extenderetur, isthic aeternum contractum et abesse oporteret. — Ergo extra illud solum infinitum hoc Esse nullum esse posse, dicatur. Nam — ubicunque externum illud Esse esset, isthic infinitum non esset. Quum igitur unum ac solum infinitum sit, necesse est praeter hoc nihil esse. Quantum ad esse et existere attinet, certum est nihil sit quod non numen sit, id enim est rerum universarum Esse. Sed hanc sententiam paulo φιλοσοφικοτέρως tractatam (quamquam quid attinet philosophicum appellare quod divinum et religiosum est, nisi quod quidam non verentur veritatem odiosam reddere, quum eam philosophis vendicant, non attendentes veritatem, ubicunque et per quemcunque afferatur, a spiritu sancto esse) — scripturis confirmabimus. 97. Quum ex uno et in uno universa sint, consistant, vivant, moveantur et operentur, unam istud solam ac vere causam esse rerum universarum. 47. Si

quicquam esse posset, quod non esset ex ille, jam ille non esset infinitus, non enim extenderetur isthuc, ubi illud aliud esset, cum esset extra illum.

Calv. III. xx. 40. Deum esse in coelis, non certa aliqua regione limitari, confitetur, sed diffundi per omnia. Menti nostrae pro sua crassitie per coelum designatur summa gloria, ut deum quaerentes, qui extra omnem est locum, supra omnem corporis et animae sensum extollamur. Deinde hac loquendi formula supra omnem aut corruptionis aut mutationis aleam evehitur; demum universum orbem complecti et continere suaque potentia moderari significatur, — — — perinde ac dictus esset deus infinitae magnitudinis aut sublimitatis, incomprehensibilis essentiae, immensae potentiae. I. xxi. 3. Quod si dei gubernatio ad omnia extenditur ejus opera, puerile cavillum est, eam includere in naturae influxum. xiii. 1. — domicilium sibi in coelis assignat, etsi ut est incomprehensibilis, terram quoque ipsam implet.

Schl. «Das Wesentliche in der Trinitätslehre ist das Sein Gottes in Christo und die Vereinigung des göttlichen Wesens mit der menschlichen Natur in dem Gemeingeist der christlichen Kirche.»

2) Die Trinität Gottes will so verstanden sein, dass sie die Einheit des göttlichen Wesens durchaus nicht beschränkt.

Zw. IV. 83. Patri omnipotentia, filio gratia, spiritui s. veritas in s. literis tribuitur, quae tamen omnia unius ejusdemque numinis et *οὐσίας* esse scimus, non aliter quam hic potentiam, gratiam, veritatem, quae ratione ac finitione quidem determinata sunt, unum tamen atque idem summum bonum esse, demonstravimus.

Calv. I. xiii. 6. Non mihi displicet Tertulliani definitio, esse quamdam in deo dispositionem vel oeconomiam, quae de essentiae unitate nihil mutet. 2. Ne quis triplicem deum somniet, aut putet, tribus personis lacerari simplicitatem dei essentiam, quam nefas est facere multiplicem. 19. Simplicissimam dei unitatem non impediet ista distinctio. 17. Mihi vehementer istud Gregorii Naz. arridet: non possum unum cogitare, quin trium fulgore mox circumfundar; nec tria possum discernere, quin subito ad unum referar. 25. Somniunt individua, quorum singula partem obtineant essentiae.

Aret. 14. In singulis personis tota est divinitas sine mensura, sine gradu. Petulantia est divina mysteria his communibus naturae legibus, tres non esse unum, obnoxia facere. Inexplicabilia sunt, rationi humanae adoranda potius quam ventilanda. Non dicimus tres personas esse unam, sed unum deum.

Keck. 71. — ne confundamus trinitatem et triplicitatem, item triplex et trinum. Triplex proprie est, quod ex tribus compositum est, quod blasphemum est vel cogitare de deo; trinum autem est, quod in unica natura seu existentia tres habet suae existentiae modos, qui nullam inferunt compositionem.

3) Die kirchlich tradirten *termini* des Dogma: *οὐσία, personae, trinitas*, u. s. w. sind als nicht biblisch auch nicht wesentlich, immerhin aber brauchbar, um falsche Vorstellungen abzuschneiden, daher sie Spätern wesentlich scheinen.

a. Calv. I. xiii. 5. Temere non sunt inventa nomina et cavendum est, ne ea repudiando superbae temeritatis arguamur. Neque tam praecisa sum austeritate, ut ob nudas voculas digladiari sustineam. — Utinam quidem sepulta essent (haec vocabula), constaret modo haec inter omnes fides, patrem et filium et sp. s. esse unum deum, nec tamen aut filium esse patrem, aut spiritum filium, sed proprietate quadam esse distinctos.

Pet. Mart. 38. baut nicht auf Joh. V. 7., da die Stelle kritisch verdächtig sei.

Hyper. 115. Acres fuerunt apud veteres digladiationes de vocibus *οὐσίας, ὑποστάσεως* et *ὁμοουσίου*, quod in scripturis nequaquam exstarent, atque non sunt rejiciendae, quando res, quae per eas signantur, aperte inveniuntur in scripturis. 88. Cum Arius contenderet Chum. filium non esse ejusdem naturae et paris dignitatis cum deo patre, coacti sunt patres in synodo Nicena ejusmodi voces usurpare, quibus de natura dei apposita et pro hominum captu loqui assuescerent, deum esse *οὐσίαν*.

Keck. 71. Nec bonorum nec doctorum virorum est, morose repudiare haec vocabula; quia in omnibus disciplinis hoc conceditur artificibus, ut certos terminos artis — usurpent, etiam si illi termini extra eam disciplinam nusquam ab aliis usurpentur. Cum ergo et theologia artificiosa sit disciplina, licebit etiam theologo terminis artif. uti. Iniquum est signa rejicere, quum res ipsae signis illis et vocabulis significatae exstant. Res autem exstat in s. literis; imo voces plane aequipollentes exstant in scripturis s. Exod. III. 14: «*ὁ ὤν* misit me», i. e. ens, cujus abstractum est *οὐσία* s. essentia s. existentia. Hebr. I. 3. voces *ὑποστάσεως* et *χαρακτῆρος* plane in re ipsa conveniunt cum nomine personae. Trinitatis vocabulum sumitur ex 1. Joh. V. tres sunt in coelo. Et ut maxime ille locus Johannis non exstaret (wenn die Stelle unächt), tamen Ch.

Math. XXVIII. et alibi tres diserte nominat. Ut Cicero ait, in verborum usu faciles esse debemus, cum de re ipsa constet.

Schl. »Der Satz, dass in dem Einen göttlichen Wesen drei Personen von gleichem Wesen und gleicher Macht bestehen; hat nur den Werth eines verknüpfenden Satzes. Die aus den frühesten Zeiten überlieferte Formel erscheint als unpassend.«

b. Wollen. 21. Trinitatis dogma non est ecclesiae tantum traditio, sed doctrina in scripturis expressa. 20. Nomina personae, consubstantialitas in s. scripturis non inveniuntur, tamen utiliter in ecclesia usurpantur scripturis consentanea.

Mayrs. 25. Res significatae continentur in scripturis, et prudentia christiana fuit, talia vocabula adhibere. (Er beruft sich schon wieder auf 1. Joh. V. 7.) Praemitti debet terminorum explicatio. Natura s. essentia est rei quidditas, unde οὐσία et φύσις hic pro eodem sumuntur. Existentia non modus sed actus rei est. — — Subsistentia nobis est modus entitativus terminans et complens naturam substantialem et ei dans incommunicabilitatem. Subsistentiae isti significandae duo vocabula Graeci adhibeat ὑφιστάμενον et ὑπόστασιν, utrique respondet suppositum et persona, quae est suppositum intellectuale.

Leydeck. 20. ὑπόστασις wider Arius sei τρόπος ὑπάρξεως, modus subsistendi vel existendi, nicht substantia sondern subsistentia.

II. In dieser Einheit des göttlichen Wesens, oder der οὐσία, *essentia*, *existentia* ist zu unterscheiden nicht zwar eine Dreiheit, Dreifachheit, *triplicitas*, wohl aber eine Dreifaltigkeit, *trinitas* als dreiartige Weise der Existenz, τρόποι ὑπάρξεως, *modi existentiae*, eine *oeconomia vel dispositio* des göttlichen Wesens und Lebens. Obgleich diess ein für Menschen kaum ergründliches Mysterium ist, soll doch der Glaube daran möglichst klar entwickelt werden, daher denn auch gewisse Analoga aus der Erfahrungswelt, jedoch bloss als ungenau zutreffende Veranschaulichungen zulässig sind. Die Unterscheidung dieser drei Existenzweisen, welche sehr ungenau *personae* heissen, ist weder bloss nominal oder formal, d. h. nur für menschliche Auffassung (etwa wie die Unterscheidung der göttlichen Eigenschaften), sondern irgendwie real und objectiv begründet, aber modal, denn sonst geräth man in Tritheismus.

1) Die recipirte Formel ist drei unterschiedene Personen in dem Einen göttlichen Wesen.

Zw. (in sr. Predigt zu Bern gehalten): »Vater, Sohn und Geist sind weder Kreaturen, noch verschiedene Götter, Eine οὐσία, drei Namen oder Personen, aber zusammen Ein und derselbe Gott.»

Calv. I. xiii. 2. Ita se praedicat unicum esse, ut distincte in tribus personis considerandum proponat, quas nisi tenemus, nudum et inane duntaxat dei nomen sine vero deo in cerebro nostro volitat.

Pet. Mart. 46. Ex 2. Sam. vii. 23. intelligimus tres personas in una natura divina, quae cum sint tres ὑποστάσεις tamen concluduntur in unam essentiam.

Beza. I. 1. In una divina essentia subsistunt tres personae vere ac reipsa inter se suis proprietatibus distinctae, quae singulae personae sunt unus idemque deus.

Conf. Helv. II. 3. Deum credimus unum essentia vel natura, pluralitatem deorum abominamur. Eundem deum unum et individuum credimus personis inseparabiliter et inconfuse esse distinctum patrem, fil. et sp. s.

Alting. 29. Essentia est ipsa deitas sc. natura divina, sed tribus in ea personis communis. 38. In una deitate tres personae sunt i. e. subsistentes incommunicabili proprietate a se invicem distinctae.

Marck. 24. Orthodoxae doctrinae summa est: unicam esse divinam naturam et essentiam, communem tribus personis per incommunicabiles proprietates inter se distinctis, — quod triadis et trinitatis voce exprimitur.

2) Aber genauer genommen ist der Ausdruck Personen, wie er sonst verstanden wird, nicht zutreffend für den Begriff ὑποστάσεις, *subsistentiae*, und noch besser τρόποι ὑπάρξεως; *personae* ward nur als das am nächsten kommende lateinische Wort angenommen. Daher haben etwa Lutheraner uns Aufhebung der Personen vorgeworfen.

Calv. I. xiii. 2. Ceterum quia vocem personae odiose exagitant nonnulli quasi humanitus inventam, qua aequitate id faciant videamus. Filium dei apostolus (Hebr. I. 3.) characterem hypostaseos patris nominans haud dubie aliquam patri subsistentiam assignat, in qua differat a filio. — Et quia pater se totum in filio expressit, optime dicitur, suam hypostasin reddidisse in eo conspicuam. Propria ergo in patre hypostasis est, quae in filio refulget. Unde elicitur filii hypostasis, quae eum a patre distinguat. Eadem est in spiritu s. ratio. Sequitur tres in deo esse hypostaseis. Idem quum expresserint Latini personae voce, — nimii pervicaciae est, de re clara rixari.

Si verbum de verbo transferre libeat, subsistentia dicetur. Jam Graeci dixerunt tria πρόσωπα in deo esse. 6. Omissa de vocibus disputatione, de re ipsa dicemus. Personam voco subsistentiam in dei essentia, quae ad alios relata proprietate incommunicabili distinguitur. — Neque mihi displicet Tertulliani definitio, modo dextre sumatur: esse quamdam in deo dispositionem vel oeconomiam, quae de essentiae unitate nihil mutet.

Keck. 72. Nota est usitata illa definitio a Boëtio et Philippo collecta, quod «persona sit individuum, incommunicabile, intelligens, non pars alterius nec sustentatum ab alio», quae definitio aliis extra trinitatem personis optime congruit; sed in hoc mysterio altius quid cogitandum est, et diligenter retinenda definitio Damasceni ex Justino Martyre hausta: »In s. trinitate persona est modus aeternae existentiae.» Sic Ursinus in Catech. Palat: «persona est modus, quod illud dei Esse seu essentia in singulis horum trium subsistit.» Neque hic persona confunditur cum proprietate personali, quam nonnulli personalitatem vocant, quia aliud est existendi modus, aliud ex illo modo fluens proprietas. Personae sunt modi existendi; — et modi existendi usitate personae dicuntur.

Wolleb. 20. Vox ὑποστάσεως et ὑφισταμένου latior est quam vox personae. Persona divina nec deitatis species, nec pars, nec res a deitate alia, nec nuda relatio, nec tropus tantum, sed essentia dei cum certo τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ, modus entis.

Alst. 113. Distinctio essentialis nulla, sed modo subsistendi revera ad intra et ad extra.

Mares. 25. Subsistentia, ὑφιστάμενον, ὑπόστασις, suppositum et persona est modus entitativus terminans et complens naturam substantialem et ei dans incommunicabilitatem; stricte significat substantiam individuam, cui si accedit intelligentia, persona dicetur, ὑπόστασις, licet nonnulli hac voce abstinere voluerint, exstat tamen. Hebr. I. 3. Personae sunt subsistentiae in essentia divina.

Ryss. I. 109. Ut persona dici possit, requiritur 1) ut sit substantia, 2) intelligens, 3) non pars alterius, 4) ab alio non sustentata. Persona ergo statum completum substantiae intelligentis notat. Persona divina nec solam essentiam, nec solum subsistendi modum significat, sed essentiam tali modo se habentem.

Leydeck. c. II. Deus unus subsistit trino modo.

Wendel. 219. Menzerus calumniatur: Reformati docent personam div. esse modum subsistendi; ergo realem personarum differentiam cum Sabellio tollunt. Sed Justino Mart., Damasceno persona div. est

τρόπος ὑπάρξεως, nec tamen Sabellianismi a Lutheranis accusatur. Et certo sensu etiam modi realiter differunt.

3) Dieses Geheimniss der drei *modi subsistendi* in der Einen göttlichen *essentia* ist zwar für uns nicht ganz ergründlich, soll aber möglichst denkbar gemacht werden; auch Analogien, wiewohl keine ganz zutrifft, mögen es veranschaulichen helfen, nur ist kein sachlicher Werth ihnen zuzuschreiben.

Zw. 1. 144. «Welcher Gestalt auch Gott den Menschen erschaffen, der Verstand, Gedächtniss und Willen hat, drei unterschiedliche Wirkungen Einer Seele. So sind die drei Personen Ein Gott.»

Calv. I. xiii. 18. — ad vim distinctionis exprimendam similitudines a rebus humanis mutuari, nescio an expediat. Solent id quidem interdum facere veteres, sed simul fatentur, plurimum differre quicquid pro simili in medium afferunt, quo fit, ut omnem audaciam hic reformidem, ne siquid intempestive productum fuerit, aut malignis calumniae aut rudibus hallucinationis ansam praebeat.

Hyper. 109. Libet in gratiam rudiorum obiter et quasi aliud agendo quaedam exempla de rebus externis sumta adjicere. Basilius ait: arcus coelestis una est substantia, rorida nubes, et tres visuntur differentiae variis distinctae coloribus. Augustinus: In mente humana memoria, intellectus et voluntas sunt una vita, tria vero, quod ad se invicem referuntur. Porro: mens et notitia ejus et amor tria sunt, haec tria distincta a se invicem, unum sunt. Alii: in homine sunt anima (ψυχή), mens (νοῦς), animus (θυμός). — Unus sol, in eo tria discreta, lux, splendor, calor. — Sed ne quis, dum desiderat sibi tanta mysteria explicari, hujusmodi similitudinibus nitatur.

Muscul. 6. Commune nobis est homo, proprium vero Jacobus, Josephus cet. Platonici agnoverunt triadem in deo νοῦν, λόγον, πνεῦμα. Non tres deos constituimus sed unius dei inscrutabiles hypostases; ut enim anima et corpus unus est homo, persona, ut in sole fons lucis, splendor ex illo natus, calor ex utroque procedens, attamen sol unicus.

Keck. 71. Fateor circa mysterium hoc — id esse omnem intellectum humanum, quod est oculus vespertilionis ad solem; sed interim quia deus sese dignatus est humano generi unum simul ac trinum patefacere, id nobis incumbit, ut patefactionem hanc juvante spiritu attentis animis consideremus et fidem circa hoc mysterium habere studeamus non implicitam et ignorantia sua sibi blandientem, sed quam fieri potest distinctam et claram, neque enim se deus ideo

patefecit, ut qualis sit, ignoremus; — imprimis explicandum est, quid sit existentiae modus in deo. Essentia nihil differt ab existentia, modus ergo essentiae et existentiae nihil differt, sed quid iste sit modus, multis difficile intellectu videbitur. In rebus omnibus est aliquid additum, quod res non est, sed quidam rei gradus, ut gradus coloris, per quem fit tepor aut fervor, calor ipse non est, sed caloris modus. Sic in deo aliquid est, quod quidem a deo diversa res non est, vel quod non est alius deus, et tamen ipsa dei essentia non est, sed hujus essentiae modus. Neque finxi hunc terminum, sed accepi a pia vetustate, imprimis a Justino M. qui personas trinitatis vocat τρόπους ὑπάρξεως, modos existentiae. 85. Quid est modus rei? In rebus multa sunt, quae non sunt res ipsa et tamen sunt revera aliquid extra cogitationem nostram. Entia sunt suis quibusdam modis praedita E. g. considero manum unam et eandem numero, modo contractam, modo explicatam, una est manus et tamen differt pugnus a manu explicata. Sic motus est unus, modo tardus, modo celeris, nec tamen a se ipso realiter differt. Lumen obscurius aut clarius. 86. Sic Isaac habet suas relationes s. modos, quod sit pater respectu Jacobi, et filius respectu Abrahami.

Alst. 104. Mysterium trinit. neque lumine naturae inveniri, neque lumine gratiae, neque lumine gloriae potest comprehendi ab ulla creatura. Tametsi multae imagines ejus in libro naturae exstant, tamen infinita est differentia inter imagines et rem ipsam, — valent tantum ad declarandum et gentilibus ostendendum, mysterium illud non evertere naturam. Totum arcanum est sed tamen credendum, quia a scriptura revelatum. 135. Mysterium est omnem humanum et angelicum intellectum longissime exsuperans, si personarum unitas atque relatio inter ipsas consideretur. 121. Hoc pia antiquitas illustrare conata est similitudine fontis et rivi, solis et radii, mentis et rationis, radicis et fruticis et similibus.

Mares. 24. Myst. rationi inaccessum, philosophis ignotum, scholasticorum tricis implicitum, juxta normam verbi div. explicari debet. 31. Quod si quae illi probando ex solo rationis discursu proferentur argumenta, non possent convincere; attamen supposita revelatione possunt utcunque illustrari ex similibus, a sole, anima, iride, arbore, triangulo cet. desumtis, quamquam haec similia plus quam uno pede claudicabunt.

Ryss. I. 123. In probando hoc. myst. caute agendum est, in specie in nomine Elohim observandum, cum de trinitate accipitur non deduci ex etymo, vel ex numero plurali per se, quia etiam de unico

vitulo Exod. xxxii. 31; de uno Mose iv. 16. pronunciatur. Nullus hic rationi, sed soli revelationi locus. Similitudines variae ab iride, arbore, sole et luce illustrationi quidem aliquo modo possunt inservire, caute tamen debent proponi.

4) Bevor noch diesen drei besondern Subsistenzweisen ihr Inhalt angewiesen wird, ist formal die Art der Unterscheidung derselben anzugeben. Diese ist keine bloss nominale, auch keine bloss formale d. h. nur für Auffassungsweise der menschlichen Intelligenz vorhandene Strahlenbrechung, wie die *proprietates essentiales*, sondern diese Dreiheit der Subsistenzweise ist in Gott real und objectiv wirklich vorhanden als eine reale Oekonomie oder Modalität. Es ist also eine objectiv modale Distinction, auch *realis minor* genannt, eine reelle Modalität. Lutheraner haben hierin Annäherung an Sabellianismus finden wollen.

Keck. 85. Personae distinguuntur ab essentia non sola ratione, nec distinctione reali, non etiam formaliter, ut quidam Thomistae volunt, sed modaliter, ea distinctione, quae est inter ens et entis ordinem s. modum. 86. Personae a se invicem distinguuntur ut modi essentiae a modis, ergo distinctione modali, ut modus a re modificata.

Alst. 113. Distinctio essentialis nulla, sed modo subsistendi revera ad intra et ad extra. Personae trinitatis differunt realiter, non tamen essentialiter, sed supposaliter, modo subsistendi, τρόπῳ ὑπάρξεως; incommunicabili proprietate differt una ab altera nempe secundum subsistentiam.

A Dirst. 18. Distinctio personarum alia ab essentia, alia inter se. Illa rationis est ut modi a re; haec realis ut modi a modo.

Mares. 26. Distinctio personarum non pendet a nostro conceptu, neque est ut res a re, ergo modalis actu tamen et vere per modos existendi. 27. Nec essentialiter aut specifice distinguuntur, cum non sint aliud et aliud substantive; nec sola ratione, cum sint alius et alius vel adjective aliud et aliud suppositum. Plurimi theologi dicunt, vere et realiter distingui personas inter se. Alii commodius, rejecta distinctione rationis Sabellii et rejecta reali sensu Tritheitarum, modalem nominant.

Ryss. 110. Orthodoxi inter personas distinctionem modalem agnoscunt, quia ut personae proprietatibus personalibus tamquam mo-

dis subsistendi incommunicabilibus constituuntur, ita per eosdem distinguuntur, quae distinctio a quibusdam realis minor dicitur.

Leydeck. 20. Hypostaseis in divinis non sunt mera nomina, quae ex operibus ad extra oriuntur, nec varia in deo attributa, quae sunt ejus perfectiones. 25. Est quid positivum in diversis, ut possit esse objectum nostrae fidei. 26. Distinctio realis non est sed rationis, sed non purae rationis, quae non habet in re fundamentum, sed eminens, uti distinctio modi a re, cujus est modus, unde et modalem dicere plurimi non refugiunt.

Wendel. 218. Menzerus calumniatur Reformatos negare discrimen reale personarum adeoque causam Sabellianorum agere, eos enim docere personas non realiter sed modaliter tantum differre. — Sed expresse Ref. dicunt personas realiter inter se differre. Ambigua est phrasis differre realiter, vel est essentialiter differre, quo sensu personae non realiter differre possunt; vel realiter differre opponitur τῷ ratione differre negatque differentiam in sola ratione fundatam extra rem. Quo sensu omnino differunt personae divinae. Quia differentiae fundamentum extra rationem nostram in ipsis est personis. Hoc sensu realis diff. non opponitur modali. Sic et Lutherani docent, differre non essentialiter, nec sola ratione, sed τρόπῳ ὑπάρξεως.

III. Diese der Art nach real modalistische Unterscheidung der drei Hypostasen oder Personen in der göttlichen Wesenheit wird inhaltlich bestimmt durch jeder Person eigenthümlich zukommende Merkmale, *proprietates personales*, welche zusammen den *character hypostaticus* oder *personalis* jeder Person bilden. Mit diesen Merkmalen treffen zusammen die sogenannten *opera personalia ad intra*, indem diese Thätigkeiten einer Person auf die andere innerhalb der Trinität als Relationen, Beziehungen der Personen unter einander vorzustellen sind, darum eigentlich zur Lehre vom dreieinigen Gott selbst, nicht zur Lehre von seinen Werken gehören, die hier *opera personalia ad extra* genannt werden. Ebenso fällt damit zusammen die Ordnung oder Reihenfolge der dennoch unter sich einander nicht subsumirbaren Personen.

1) Soll nun jede der drei Hypostasen in ihrer Eigenthümlichkeit und Verschiedenheit von den andern inhaltlich bestimmt werden: so entstehen die *proprietates personales* jeder Person

und ihr *character hypostaticus*, vermöge dessen der Vater, der Sohn und der heilige Geist in ewiger Besonderheit sich von einander unterscheiden.

Keck. 86. Est duplex personarum discrimen, internum et externum. Internum discrimen est proprietas personalis s. relativa, quae a modo existendi fluit. Estque vel patris, vel filii, vel sp. si.

Scharp. 212. Persona nihil aliud est quam tota essentia divina cum sua proprietate. Interne distinguuntur per proprietates incommunicabiles, quae opera ad intra dicuntur.

Mares. 24. Divina essentia communis est tribus personis per incommunicabiles proprietates inter se distinctis, nempe patre ingenito, filio a patre genito, et spiritu s. a patre et filio ab aeterno procedenti.

Alting. 38. Tres personae i. e. subsistentes incommunicabili proprietate a se invicem distinctae.

A Diest. 18. Personae trinitatis sunt subsistentiae in unica dei essentia, proprietatibus incommunicabilibus inter se differentes.

2) Die *proprietas personalis* des Vaters ist, dass er nicht nur nach der göttlichen Wesenheit wie die andern Personen, sondern auch nach dem *modus existendi* als *a se ipso* bestimmt wird, indem er vom Sohn verschieden ist dadurch, dass er ihn ewig zeugt, *generat filium;* vom heiligen Geist dadurch, dass er ihn haucht oder hervorgehen lässt. Die des Sohnes ist: vom Vater unterschieden zu sein dadurch, dass der Sohn gezeugt wird vom Vater; vom Geiste aber dadurch, dass er diesen haucht. Die des heiligen Geistes ist, dass er ausgeht oder gehaucht wird vom Vater und Sohn.

Alst. 111. Proprietates hypostaticae s. personales sunt paternitas s. *ἀγεννησία*, filiatio s. *γέννησις*, et progressio s. spiratio s. *ἐκπόρευσις*. 115. Relationes oppositae in divinis duntaxat tres inveniuntur.

Leyd. 26. Apparet haec distinctio ex proprietatibus et hinc notionibus personalibus. Pater a se, *ἀγέννητος*, filius *γεννητὸς*, sp. s. *ἐκπορευτὸς*, ab utroque inffeabili spiratione procedens.

a. Der Vater:

Keck. 86. Proprietas personalis interna patris est: pater non tantum ratione essentiae sed etiam ratione modi existendi est a se ipso. Haec proprietas respectu filii est: sui ipsius imaginem con-

cipiendo formare seu generare. Respectu spiritus si. vero proprietas personalis patris est emittere.

Alst. 111. *Ἀγεννησία* est, qua pater a se, non ab alio, tum ratione essentiae tum ratione personae existit. 115. Patris proprietas respectu suae subsistentiae dicitur esse a se ipso, respectu filii generatio activa, respectu sp. si. spiratio s. emissio. — Proprietas filii respectu patris est gigni a patre, respectu sp. si. spirare s. emittere. Proprietas denique personalis seu characteristica sp. si. est processio s. emanatio, qua veluti spiratur a patre et a filio.

b. Der Sohn:

Keck. 86. Proprietas personalis filii est tum respectu patris gigni a patre. 88. Respectu sp. si. proprietas filii etiam est spirare s. emittere.

Alst. 111. *Γέννησις* est, qua filius ratione personae a patre existit aeterna et ineffabili generatione, quoad essentiam autem a se ipso est.

c. Der h. Geist:

Keck. 89. Proprietas personalis sp. si. qua a reliquis personis discernitur, est processio s. emanatio, qua ab utraque velut spiratur.

Alst. 111. *Γέννησις* est, qua sp. s. a patre et filio ratione personae suae procedit, seu emanat per spirationem; ratione vero essentiae est deus a se una cum patre et filio.

3) Mit diesen *proprietates personales internae* fallen also zusammen die sogenannten *opera personalia ad intra*; man kann sie nicht zu den Werken Gottes zählen, sondern zur Lehre vom dreieinigen Wesen Gottes, da sie nichts anders sind als die Relationen der drei Personen unter einander, bald aktive, bald passive.

Alst. 111. Modus agendi quo distinguuntur personae, cernitur in operibus ad intra et ad extra. Opera ad intra sunt divisa i. e. cuilibet personae incommunicabiliter propria, qualia sunt generare et spirare a se, generari et spirari, procedere denique seu spirari. 147. Opera dei interna personalia sunt actus divini, qui non fiunt voluntatis libertate, sed naturae necessitate. Vocantur usitate opera dei ad intra; talia sunt: gignere, nasci et procedere. Aliter dicuntur idiomata prosopica, characteres et proprietates personales, actus notionales et actiones characteristicae. 148. Opera dei interna sunt in ipsa essentia divina et ab ea non differunt re ipsa.

Rvss. I. 124. Actiones dei ad intra sunt quarum terminus est intra deum. (Die ad extra sind theils internae, decreta, theils externae, eorum executio).

4) Auch die Ordnung oder Reihenfolge, welche ohne alles Subordinationsverhältniss unter den Personen anzuerkennen ist, fällt zusammen mit den *proprietates personales*.

Calv. I. xiii. 18. In aeternitate non est quaerendum prius aut posterius; non est tamen inanis ordinis observatio, dum primus recensetur pater, deinde ex eo filius, postea ex utroque sp. s. Nam mens uniuscujusque eo inclinat, ut primo deum consideret, deinde emergentem ex eo sapientiam, tum postremo virtutem qua consilii sui decreta exsequitur.

Hyper. 116. Ordinem — — ut pater primo recenseatur loco, filius secundo, sp. s. tertio, non quod una persona prior sit, alia vero posterior; in aeternitate enim nihil prius aut posterius, sed quod mens nostra quasi naturali instinctu eum ordinem apprehendat.

Keck. 89. Qualis est ordo existendi, talis etiam est ordo agendi in personis trinitatis; pater enim agit a sese, filius a patre, sp. s. ab utroque. Quoad essentiam quae est primum actionis principium, omnes personae agunt a sese, — quod vero ad ordinem et determinationem agendi, non omnes agunt a sese, quia non omnes habent modum existendi a sese. Joh. V. 19 Ch. agit non a se sed a patre! Sp. s. agit a patre et filio. Hic est etiam ordo existendi.

Alst. 111. Distinctio ista respicit ordinem enumerationis, quo pater est prima persona, filius secunda, sp. s. tertia. 114. Distinctio interna personarum respicit ordinem, proprietates, numerum et opera ad intra personarum. Ordo personarum est, quo una persona est altera prior natura, non ordine, non dignitate. Quid autem est prius esse natura? Hoc est ita esse prius, ut alterum, quod dicitur esse posterius, dependeat ab altero quod est prius. Haec igitur prioritas dependentiam itemque δόσιν καὶ λῆψιν arguit: sol est prior radio, quatenus hic ab illo dependet. Prior inquam est natura, non tempore, quae prioritas non excludit modum essendi simul. Quare cum una persona dicitur prior altera et quidem natura, vox natura significat modum subsistendi.

A Diest. 18. Distinctio personarum inter se est realis ut modi a modo, pendens ab earundem numero, ordine, origine, proprietatibus personalibus seu actionibus internis, actionibus etiam externis et modo agendi.

Marss. 27. Distinguuntur personae 1) proprietatibus personalibus,

quia pater est qua persona quoque a se ipso, filius a patre per generationem, sp. s. a patre et filio per processionem. 29. 2) Ordine, pater est prima, filius secunda, sp. s. tertia, nec tamen pater essentiator, caeteri duo essentiati, ut Gentilis voluit. 3) Modo operandi, quia pater a se, filius a patre, sp. s. ab utroque agit.

Leideck. 28. Oritur inter tres personas distinctio ordinis in subsistendo, non prioritas temporis aut naturae, aut existentiae, aut dignitatis, sed ordinis. Denique distinguuntur in modo operandi. Operatur pater per filium et sp. s., filius a patre per sp. s., sp. s. a patre et filio per se ipsum. 94. Modus operandi sequitur modum subsistendi.

IV. Schwieriger fast als die Unterscheidung der drei Personen unter einander ist ihr Verhältniss zur Einen göttlichen Wesenheit klar zu machen, von der die Hypostasen, Existenzarten, Personen verschieden sind wie *modi* von der *res* sich unterscheiden. Jedenfalls soll das wahre, vollkommene göttliche Wesen in jeder der drei Existenzarten gleich sehr vorhanden sein, daher die drei Personen ὁμοούσιοι, insofern auch einander gleich an wahrhaft göttlicher Würde, ἰσότης, und in einander existirend περιχώρησις, einander ἐνυπόστατοι. Ja es entsteht die Frage, ob Gott nothwendig und wirklich gerade drei Hypostasen annehme, und wie sich diese Zahl begründen lasse.

1) Von der *essentia divina* unterscheiden sich die Hypostasen wie sich *modi* von der *res* unterscheiden, also modal, weniger als sich die Hypostasen unter einander unterscheiden.

Zw. IV. 47. — fieri nequit, ut quicquam aut ante illum aut cum illo esse intelligamus quod non ex illo sit. Nam si quid esse posset quod non esset ex illo jam ille non esset infinitus, non enim extenderetur isthuc, ubi illud aliud esset, cum esset extra istum; unde fit, ut quum patrem, fil. et sp. s. deum appellari in scripturis videamus, non sint aut creaturae aut dii diversi, sed ut hi tres unum sint, una essentia, οὐσία, una virtus et potentia, una scientia ac providentia, una bonitas, nomine tres personae, sed omnes ac singuli deus idem et unus.

Calv. I. xiii. 19. In unaquaque hypostasi tota intelligitur natura cum hoc, quod subest sua unicuique proprietas.

Hyper. 161. Cum coessentiales et coaequales sint pater, fil. et sp. s. atque scientia sit plane ipsa dei essentia, nullo modo proprietatem personae alicujus declaret, oportet concedamus, tum patrem

scire omnia, tum fil. tum sp. sum. adeoque simpliciter omnibus personis scientiam esse parem, et de omnibus pariter existere communiter.

Keck. 84. Agendum est de distinctione personarum ab essentia et personarum inter se. Distinguuntur personae ab essentia distinctione ea, qua differt modus rei a re, cujus est modus; — non tantum cogitatione angelorum aut hominum s. ut loquimur distinctione rationis, sed non realiter ut res a re, sed modaliter, modo s. gradu quodam.

Wendel. 207. Quomodo ab essentia divina distinguantur, recentiores, re accurate pensitata, ita pronunciant: 1) non realiter, quia aliâs in deo daretur compositio realis; 2) non formaliter ex natura rei; sed 3) formaliter non quidem actu ex natura rei, sed virtute et eminenter, adeoque ratione ratiocinata. 219. Personae divinae a se invicem differunt realiter, ab essentia modaliter.

Mares. 26. Inter ipsas personas distinctio est longe major quam essentiae ab illis.

Ryss. I. 109. Personae divinae differunt ab essentia non realiter i. e. essentialiter, ut res et res, sed modaliter ut modus a re. 83. In deo sunt plures personae, sed personae non componunt essentiam, quia non sunt entia realia, quae concurrant ad compositionem alicujus quarti, quum unam habeant communem essentiam; sed tantum modificationes, secundum quas essentia in tribus personis subsistere concipitur.

2) Das göttliche Wesen bestimmt sich selbst zu diesen drei Hypostasen, worin eine Disposition, Oekonomie oder ein ewiger Lebensprocess, Lebensverlauf der Gottheit sich auszudrücken scheint, in welchem gerade die Dreizahl der *modi* begründet ist.

Zw. I. 145. »Ich bekenne Einen Gott im Wesen, der aber Vater, Sohn und h. Geist, drei Personen ist. Welcher Gestalt auch Gott den Menschen erschaffen, der Verstand, Gedächtniss und Willen hat, drei unterschiedliche Wirkungen, die doch alle drei nur Einer Seele angehören. So sind die drei Personen Ein Gott. Oder bilde dir einen Brunnen ein, der drei Röhren hat.«

Calv. I. xiii. 6. Esse quandam in deo dispositionem vel oeconomiam.

Keck. 72. Fundamentum, unde oriuntur hi modi existendi, est ipsamet dei essentia s. natura. — Nobis incumbit, ut fundamentum ipsorum accurate rimemur atque adeo Antitrinitariis palam faciamus, trinitatem personarum promanare ex ipsa dei essentia, et deum deum esse non posse, nisi tres habeat

distinctos existendi modos sive personas. Deus excellentissimum habet intellectum, imo est ipse intellectus in summo gradu. — Intellectus vero is est ipse actus essentiae dei, imo ipsa essentia actuosa. — Idcirco infinitus et aeternus est hic intelligendi actus ut et ipsa essentia. Aeternus vero intellectus aeternum habet objectum, quod cognoscat. Divini vero intellectus tamquam perfectissimi oportet esse perfectissimum objectum. Deo autem nihil est perfectius, ergo intellectus divini objectum nullum aliud erit, quam ipse deus. 73. Dei ergo intellectus ab aeterno in se ipsum i. e. in deum rediit ac reflexus est. (Sicut anima nostra reflexive intelligit interdum se ipsam). Jam vero cum nullus intellectus intelligat sine imagine objecti quod intelligit, necesse est, deum, dum ab aeterno semet ipsum perfectissime intellexit, concepisse ac peperisse in se ipso perfectissimam imaginem sui ipsius. (Omnis enim intellectio est imaginis alicujus conceptio; aut ergo deo imaginem s. imaginis conceptionem tribuere, aut irrationalem eum et *ἀνόητον* facere necesse est.) — Haec perfectissima imaginis in essentia divina productio conceptio et generatio recte dicitur. Quia nimirum intellectus divini in se ipsum reflexio est productio s. conceptio rei deo simillimae, quin imo ipsius dei, conceptio autem et productio perfectissimi similis nil aliud est quam generatio. — Generatio in ipso generante dicitur conceptio, et quo natura generantis est perfectior, eo generatio vicinior est essentiae et conjunctior res generata. 74. Cum ergo deus sit perfectissima vita, itemque ejus tota vita sit intellectus, necesse est, ut conceptionem intellectui conjunctissimam et intimam habeat. Et conceptio illa, quae est intellectus divini perfectissima, erit generatio, ponens in deo modum existendi, s. personam secundam, quae tum imago dei, tum filius recte dicitur. — — Cum in deo intelligi et esse idem sint, intelligi autem sit ipsum filii esse, necesse est eandem dei et filii dei essentiam et existentiam constitui. Cum enim intellectus dei ab aeterno sit activus, actus aeternus: imago, quam concepit, s. filius aeque aeternus est, — et minor generante non erit. — Duo colliguntur in dei essentia modi existendi s. personae, pater et filius; fundamentum habent in ipsa dei natura, ita ut deus deus non sit, si filium coaeternum non habeat. — Jam tertium modum existendi demonstrabimus radicatum etiam in dei essentia. — 75. Cum intellectus divinae essentiae insit, etiam voluntas inerit. Quo plus est in rebus intellectus, eo etiam plus est voluntatis, — necesse est, in deo esse perfectissimam voluntatem. Non vult deus quicquam, nisi quatenus intelligit; et sicut se ipsum tam-

quam perfectissimum ens intelligit, ita per voluntatem se vult. Actu suo voluntas dei in se ipsam reflectitur et in ipso deo tamquam infinito bono acquiescit. Cum voluntas dei infinita objectum suum et totum complectatur et semper assequatur, idcirco summam voluptatem et amorem ex ea produci necesse est. Ergo dum aeternus pater imaginem sui ipsius, filium videlicet concipit ac perfectissima voluntate appetit, necesse est, perfectissimum amorem ac voluptatem plenissimam a patre in filium et a filio in patrem, tamquam imagine in archetypum, procedere, atque ita per conjunctum intellectum et voluntatem utriusque tertium modum existendi s. personam in divina essentia poni, quae vocatur spiritus sanctus. Spiritus dicitur, quia dilectio voluntatis quidam impetus et pulsus est, quo in rem bonam s. amatam fertur ita, ut ex voluntate quasi spiratus sit. Cum pater perfectissima voluntate et amore ad filium suum velut aspiret et filius contra ad patrem, hinc ex communi utriusque desiderio sp. s. procedere recte dicitur. — Sic ergo jam ex ipsamet dei essentia, immotis principiis, tres subsistendi modos s. personas demonstravimus, ita quidem, ut nec plures nec pauciores esse possint, nisi deus deus esse negetur. Totum unico syllogismo concludemus: In qua essentia est perfectus intellectus reflexus in se ipsum, et perfecta itidem voluntas in se ipsam reflexa, in illa essentia est imago genita et spiritus impetu voluntatis procedens. Atqui in unica et simplicissima dei essentia ista insunt, ergo in eadem essentia inerunt gignens, imago genita et spiritus procedens.

Leyd. 17. Mysterium explicandum juxta scripturam, nec enim ex natura vel a priori per dei attributa, vel a posteriori per ipsius operationes innotescit.

Schleierm. « Dass die drei Personen einander vollkommen gleich sind, wird zwar gefordert, aber in keiner dogmatischen Darstellung wirklich geleistet, Zeugung und Ausgehen drücken eine Abhängigkeit aus. Die Lehre ist noch unfertig, schwankt zwischen Tritheismus und Unitarismus. — Eher ist Vater = Offenbarung Gottes in der Welt, Sohn = Offenbarung des Einen Gottes in der Person Christi; Geist = Offenbarung des Einen Gottes, der mit der Kirche sich einigt.»

3) Ausdrücklich abgewiesen sind also alle Ansichten, als wäre eine Hypostase weniger Gott als die andere, Arianismus, oder als wäre Gott ohne wahre Hypostasen, Sabellianismus. Daher die Ausdrücke ὁμοουσία oder *consubstantialitas*,

coaeternitas wider das erstere, und *incommunicabilitas*, *proprietas* gegen das letztere.

a. Calv. I. xiii. 4. Arius filium dei creatum esse et initium habuisse dixit. Quo flexilem hominis vafritiem e latebris extraherent veteres, ultro progressi sunt, Chum. pronunciantes aeternum patris filium, patri consubstantialem, ὁμοούσιον. Surrexit postea Sabellius, qui patris, filii, sp. si. nomina fere pro nihilo ducebat, non distinctionis alicujus causa posita esse disputans, sed diversa esse dei attributa, — nihil aliud ac si deum et justum et sapientem dixisset. Probe doctores ecclesiae reclamabant, vere in deo uno agnoscendas esse tres proprietates. Contra Arium nomen ὁμοουσίου, contra Sabell. nomen proprietatum vel personarum tenendum. 16. Sicut Ariani filio dei substantiam adimebant, ita Macedoniani spiritui s. quum per spiritum dona gratiae duntaxat in homines effusa intelligerent. 22. Si tenemus, simplicem et individuam esse essentiam unius dei, quae ad patrem et fil. et sp. s. pertineat; rursus patrem proprietate aliqua differre a filio et filium a spiritu: non Ario tantum et Sabellio sed aliis vetustis errorum autoribus clausa erit janua.

Muscul. 160. Sabellius sic unitatem naturae in divinitate statuit, ut triaden personarum tollat. Cave ne hoc vitans incidas in Arium, qui tres quidem personas in divinitate confitetur, verum unitatem naturae exstinguit, dum naturam Verbi a natura patris quasi creatam ab increata divellit.

Marbs. 26. — — duplex scopulus est vitandus 1) Sabellianism. (quem nobis falso affingunt Sociniani) unicam tantum statuens personam divinam, quae propter diversos effectus modo pater, modo fil. modo sp. s. dicatur. Is error Praxeae, Patripassianorum, Serveti. 2) Tritheismus Philoponi, Valent. Gentilis, tres fingens spiritus aeternos et inaequales.

Leydeck. 18. In una individua essentia tres hypostaseis i. e. subsistentiae certis characteribus distinctae, ut nec confusio Sabelliana, nec separatio Ariana i. e. nec Gentilismus nec Judaismus. — —

Ryss. I. 110. Duo extrema vitanda 1) Sabellianism. quem secuti sunt Praxeas, Hermogenes, Servetus, qui distinctionem tantum rationis inter personas statuit, ut unica tantum sit persona, quae propter varios effectus modo pater, modo filius, modo sp. s. dicatur. 2) Tritheismus Philoponi et Valentini Gentilis, qui ex tribus personis tres fingunt spiritus aeternos et inaequales, essentialiter inter se distinctos.

b. Beza. I. 1. Personae sunt consubstantiales et coaeternae, abs-

que ulla proprietatum confusione, itemque absque ulla inter se imparitate s. inaequalitate.

Alsted. 107. Non sunt *ἀνόμοιοι*, non *ὁμοιούσιοι*, non *ἑτερούσιοι*, non *συνούσιοι*, non *μονοούσιοι*, neque *ταυτοούσιοι* sed *ἑνούσιοι* et *ὁμοούσιοι*.

A Diest. 20. *Ὁμοουσία* est, qua tres personae sunt coessentiales s. unius ejusdemque essentiae, *ἰσότης*, qua sunt coaequales essentia et honore, *περιχώρησις*, qua inter se sunt unitae, ut una sit in et cum alia.

Schleierm. «Ein Missgriff war es, dass man, um der sabellianischen Lehre zu entgehen, zu viel gethan hat; ferner, dass man nicht gehörig bedacht hat, Sohn Gottes in der Schrift heisse nicht die zweite Person in der Gottheit, welche vielmehr Wort heisst, sondern bezeichne den ganzen Christus.»

4) Bescheidene, auf die Bibel sich gründende Einfachheit ist in diesem Dogma sehr zu empfehlen.

Calv. I. xiii. 20. Ergo quibus cordi erit sobrietas et qui fidei mensura contenti erunt, breviter quod utile est cognitu accipiant: nempe quum profitemur nos credere in unum deum, sub dei nomine intelligi unicam et simplicem essentiam, in qua comprehendimus tres personas s. hypostaseis, ideoque quoties dei nomen indefinite ponitur, non minus filium et sp. quam patrem designari; ubi autem adjungitur filius patri, tunc in medium venit relatio. — — Quia vero proprietates in personis ordinem secum ferunt, ut in patre sit principium et origo, — — nomen dei peculiariter patri tribuitur. — Nomen domini 2 Cor. xii. 9 «ter rogavi dominum» pro Jehovah est positum, atque ita restringere ad personam mediatoris frivolum esset ac puerile. — Equidem hic, si quando aliâs in reconditis scripturae mysteriis sobrie philosophandum, — — ne aut cogitatio aut lingua ultra procedat, quam verbi divini fines se protendunt.

Bulling. Compend. 1559. pg. 21. Cum sacris literis in trinitate unitas divinitatis simpliciter et perspicue doceatur, aequum est, nos his quoque simpliciter acquiescere et non curiose scrutari nec ampliorem scientiam in hac vita appetere, ea quam deus revelavit. Recte ergo Christiani imperatores mille ab hinc retro annis capitis supplicium in eos constituerunt, qui novam doctrinam de hoc dogmate spargerent!

5) Die Antitrinitarier, Servetus u. A. sind abzuweisen.

a. Servetus.

Calv. XIII. 22. Serveto nomen trinitatis ita fuit odiosum ut

trinitarios omnes diceret esse atheos. Triadem esse imaginariam; interea personas voluit esse externas quasdam ideas, quae vere non subsistant in essentia dei, sed deum nobis hac vel illa specie figurent; ac initio nihil in deo fuisse distinctum, quia olim idem erat Verbum quod spiritus; sed ex quo emersit Ch. deus de deo, spiritum etiam alium ex ipso deo fluxisse. — Sed utriusque deitatem in nihilum redigit, afferens secundum dispensationis modum tam in filio quam in sp. partem esse dei, sicuti idem sp. substantialiter in nobis atque etiam in lignis et lapidibus dei portio est. Personam nihil aliud esse quam visibilem gloriae dei speciem, non longa refutatione indiget.

b. Valentinus Gentilis.

Keck. 93. Argumentum est Valentini Gent: »is est unus et solus deus, qui invocatur per mediatorem; at solus pater invocatur per mediatorem, ergo solus pater est unus et solus deus.« Hoc argumentum Georgius Blandrata, medicus Italicus Genevae Calvino proposuit.

Wendel. 219. Tritheitae, inter quos Velentinus Gentilis et Transylvani Ministri trinitatem personarum div. concedentes, essentiarum quoque trinitatem inferunt adeoque tres deos statuunt.

Kritik. Das Dogma der Trinität ist bekanntlich ohne weiters in die protestantischen Konfessionen übergegangen. Doch hat die reformirte Dogmatik es in sofern eigenthümlich berührt, als der Trieb, die Lehrsätze so denkbar wie möglich zu gestalten, auch hier gewirkt hat und im Zusammenhang damit die modalistische Vorstellung und das Zurücktreten des strengern Personenbegriffs nicht selten den polemischen Vorwurf veranlasste, man räume der Vernunft zu viel ein und nähere sich dem Sabellianismus. Obgleich dieses abgelehnt werden konnte, lässt sich doch nicht läugnen, dass wo der reformirte Geist das zugemuthete Schweben zwischen Arianismus und Sabellianismus irgend belebt hat, man allerdings eher nach dem letztern als nach dem erstern hin sich bewegte; denn es ist im reformirten Grundprincip schlechthiniger Abhängigkeit begründet, dass man eine dieses verwirrende Annäherung an Tritheismus mit Recht weit ängstlicher scheut, als hingegen eine Annäherung an bloss modalistische Trinität; schwerlich also hat Schleiermacher bloss zufällig der letztern Annäherung offen das Wort geredet. — Man ahnte in diesem Dogma die Momente eines

ewigen Lebensprocesses in Gott, und KECKERMANN, mögen Spätere ihn tadeln, dass er die Trinität schon für die Vernunft irgendwie für erkennbar halte, was mit gehöriger Einschränkung doch nie ganz abgewiesen ward, erinnert in seiner Demonstration an neuere speculative Versuche und ältere patristische und scholastische Vorgänger. Wer etwas Denkbares in diesem Dogma haben will, wird immer auf ähnliche Weise verfahren, wie wir bei AUGUSTIN schon sehen *de trinit.* IX. 12. Das ganze Dogma wegen der Uebelstände in seiner Terminologie und kirchlich orthodoxen Gestaltung mit SCHLEIERMACHER aufzugeben, ist unthunlich und unnöthig; mag man auch einsehen, dass die biblische Begründung dieses so gestalteten Dogma nur von veralteter Exegese gefunden werden könnte. Diese Dreifaltigkeit in der Gottheit ist aber ihrem Keime und Wesen nach allerdings biblisch, ja der erlösenden Offenbarungsreligion nothwendig, so dass wir die Lehre der Erlösung am besten an die Dreifaltigkeit Gottes anknüpfen. Das hohe speculative Dogma hat seinen Werth nicht als Stück einer ontologischen Gotteslehre, sondern als Bedingung für den Glauben, dass wir im erlösenden Offenbarungsleben allerdings die reale Gegenwärtigkeit des göttlichen Wesens in bestimmten *modis* haben, in Christus nicht bloss kreatürliches, sondern das höchste, ewige Leben und Sein, also die Gottheit selbst lebe und ebenso, wenn schon in anderer Bestimmtheit, in den Gläubigen als heiliger Geist. Darum ist der Hauptvorzug des Christenthums in dieses Dogma hinein verarbeitet worden, kann sich aber ohne dessen scholastisch dialektische Form geltend machen. Die Antitrinitarier, hier von der reformirten Dogmatik aus zu beleuchten, sind von TRECHSEL genauer gewürdigt worden.

§. 75. Das göttliche Wesen giebt sich dadurch, dass es die Bestimmtheit des Sohnes erzeugt als der Vater zu erkennen, und dieses ist die erste Bestimmtheit, *modus subsistendi*, *hypostasis*, *persona ordine prima*. In dieser realen Bestimmtheit ist Gott der den Sohn ewig zeugende und den Geist ewig hervorgehen lassende, somit ungezeugte, aus sich selbst seiende. Diess heisst man die *proprietates patris*

oder die *opera personalia patris ad intra*; ihre Zusammenfassung bildet den *character hypostaticus* des Vaters, vermöge dessen er ewig unterschieden bleibt vom Sohne und vom heiligen Geiste, *proprietatis incommunicabilitas*.

Vater, von Gott ausgesagt, kommt in mehrfachem Sinne vor, häufig als eine anthropomorphische Bezeichnung der Gottheit überhaupt, d. h. des göttlichen Wesens: dieser Sprachgebrauch gehört nicht hieher. In specifisch dogmatischem Sinne ist der Vater diejenige besondere Bestimmtheit, welche das göttliche Wesen sich giebt, indem es sich von sich unterscheidet, sich zum Object seiner eigenen Anschauung und Erkenntniss macht, also den Sohn erzeugt und dadurch sein Ansichsein als Subjekt bestimmt. Nicht der Sohn giebt dem göttlichen Wesen das Sichbestimmen als Vater, sondern der Vater setzt sich, dadurch dass er den Sohn zeugt; *pater est prima hypostasis non tempore sed ordine, pater solus est a se, ἀγέννητος*, und zwar ist er nicht bloss wie die andern Hypostasen bloss als die göttliche Wesenheit, sondern auch als Hypostase ungezeugt, nicht von den andern Hypostasen hervorgebracht, vielmehr diese als Hypostasen hervorbringend, *pater non tantum ratione essentiae, sed etiam ratione modi existendi est a se ipso*. Dasjenige also, was man die innere hypostatische Besonderheit, *proprietas personalis, character hypostaticus*, des Vaters nennt, ist eben einzig und allein dieses Vonsichselbstsein, worin enthalten sind theils die *proprietates personales*, nämlich die *ἀγεννησία*, oder *aseitas*, theils aber die *opera personalia patris ad intra*, nämlich das *generare et spirare*, theils endlich das *ordine primam personam esse*. Mit dieser, jedoch nur hypostatischen, nicht essentiellen Priorität, die darum der Gottheit beider andern Hypostasen keinen Abbruch thut, ist endlich von selbst verbunden, dass den *modus operandi* betreffend einzig der Vater aus sich selbst wirkt, *operatur a se*, der Sohn hingegen wirkt hypostatisch aus dem Vater, *operatur a patre*, der Geist aus Vater und Sohn; dass folglich der Vater durch Sohn und Geist wirkt. — Uebrigens ist zuzugeben, dass oft ungenau die der göttlichen Wesenheit, somit allen Hypostasen zukommenden Werke schlechtweg dem

Vater zugeschrieben werden, weil weniger praktisches Interesse vorhanden ist, den Vater von der Gottheit hypostatisch beharrlich zu unterscheiden, als den Sohn und den Geist.

Darlegung.

I, Der Name Vater kommt von Gott in zweierlei Sinn vor, von der Gottheit überhaupt als dem Schöpfer, oder von ihr, wie sie sich dem Sohne gegenüber bestimmt; jenes ist die essentielle, dieses die hypostatische Bedeutung, welche hier allein in Betracht kommen soll. Als diese Hypostase bestimmt sich Gott dem Sohn (und heil. Geist) gegenüber mittelst der *proprietas incommunicabilis*, dass nur der Vater auch hypostatisch sich selbst setzt.

1) Vater kommt vor von Gott im Sinn von Gottheit überhaupt, aber auch von der modalistischen Bestimmtheit, die sie sich giebt in der Relation zum Sohne und heil. Geist; nur das letztere gehört hieher.

Alst. 120. Patris nomen in scriptura deo tribuitur tripliciter: respectu creationis, adoptionis et generationis aeternae. Illo et isto modo accipitur essentialiter, hoc personaliter, et posteriori significatu accipitur hoc in articulo. Respectu creationis ipsa etiam Gentilitas deum patrem novit Act. XVII. 28. Respectu adoptionis, secundum quam fideles in filio sibi adoptavit Gal. IV. 6. Utroque modo essentialiter sumitur, i. e. communiter de tribus personis trinitatis. Math. VI. 26, Eph. IV. 6. voce patris significatur deus secundum relationem, quam habet ad filium suum. (?)

2) Der Vater als Hypostase vom Sohn und Geist verschieden ist allein aus sich selbst (*aseitas*), nicht bloss essentiell, sondern auch hypostatisch.

Keck. 86. Internum discrimen est proprietas personalis s. relativa, quae a modo existendi fluit. Pater non tantum ratione essentiae, sed etiam ratione modi existendi est a se ipso.

Wolleb. 26. Pater solus non essentiae tantum, sed et personae ratione est a se ipso.

Alst. 121. Pater a nullo habet originem neque essentiae neque personae; non essentiae, quia deus est, non personae, quia a se ipso existit. Unde dicitur simpliciter ἄναρχος et ἀγέννητος.

Marrs. 27. Proprietas personalis patris est, quod non essentiae tantum sed et personae ratione est a se ipso, *αὐτοφυὴς, αὐτογέννητος.*

II. Mit dieser *proprietas personalis* ist nothwendig gegeben, die Relation zu den andern Personen als dieselben setzend, die *operationes patris ad intra*, d. h. innerhalb der Trinität verlaufend, dass er theils den Sohn zeugt und zwar ewig, *generatio activa*, theils den heil. Geist hervorgehen lässt oder haucht, und zwar auch ewig, *spiratio, processio activa.* Er zeugt und haucht aber Sohn und Geist nicht nach ihrer göttlichen Wesenheit, sondern als Hypostasen, *non est essentiator filii et spiritus si.*

1) Die charakteristischen Proprietäten des Vaters lassen sich auch ausdrücken als *opera patris ad intra*; er zeugt den Sohn und haucht mit diesem den Geist.

Keck. 86. Respectu filii proprietas patris est sui ipsius imaginem concipiendo formare s. generare, respectu sp. si. vero emittere.

Wolleb. 29. Opera patris ad intra τὸ gignere filium et spirare spiritum.

Alst. 122. Generatio activa tribuitur patri, qua ille ex se genuit filium communicando illi naturam seu deitatem suam, per quam filius est filius, i. e. gignit subsistentiam filii. 104. P. genuit filium, cum quo producit sp. sum.

A Diest. 19. P. filium ab aeterno gignit gignens et cum eodem sp. sum. spirans.

2) Diese hypostatischen Thätigkeiten gehen wie die Hypostasen aus von der *essentia divina*, werden aber durch die *modi existendi* oder Hypostasen bestimmt und gestaltet.

Keckerm. 89. Personales operationes etiam ab essentia sicut et ipsae personae, sed determinantur et restringuntur velut per existendi modos in essentia diversos. Modus existendi proprie non agit sed actio habet suum principium ab essentia, interim tamen actiones per existendi modum et determinantur et ad certum objectum velut restringuntur.

Leydeck. 27. Generatio aeterna est actio non naturae sed personae, quamquam filius ex essentia patris generatur.

3) Das Zeugen und Hauchen ist aber nur das Setzen und Hervorbringen des Sohnes und heiligen Geistes, sofern sie vom Vater unterschiedene Hypostasen sind, keineswegs ist es ein

Hervorbringen ihrer *essentia divina*. Der Vater ist also nicht ihr *essentiator*.

Calv. I. xiii. 2. Pater, quamvis sua proprietate distinctus, se totum in filio expressit et suam hypostasin in eo conspicuam reddidit. 23. Nebulones quidam, ut Serveticae impietatis invidiam effugerent, tres quidem personas esse confessi sunt, sed ratione addita, quod pater qui vere et proprie unicus est deus, filium et spiritum formando, suam in eos deitatem transfudit; pater hac nota distingui a fil. et sp. quia sit solus essentiator. — Fil. quoque qua deus est a se ipso; qui vero essentiatum a patre filium esse dicit, a se ipso negat esse.

Keck. 86. Non nego esse multos qui ita loquantur, filium habere essentiam communicatam a patre, quia nimirum patris intellectus, dum reflectitur in se ipsum, gignit filium. Sed caute accipienda est haec phrasis, utpote falsa si pronuncietur de essentia absolute considerata; hanc enim filius habet a se ipso, ut et sp. s. Ergo phrasis illa intelligenda est, si salvari debeat, de essentia considerata cum modo, ut «essentiam filii esse communicatam» idem sit ac «modus existendi secundus in trinitate, qui filius dicitur, est communicatus a patre.» Quod communicatur est per generationem, essentia divina vero generari non potest.

Alst. 121. Pater dicitur principium, origo, fons, idque relative. Causam divinitatis filio non dedit; potest tamen dici principium filii, non quidem deitatis, ne eum faciamus patre minorem, sed tamen subsistentiae. Errant qui patrem essentiatorem appellant, ita magis deum. Sed ut nomen deus modo absolute modo relate accipitur, ita et nomen deitas. Si dicitur, quod pater filio communicaverit deitatem suam, deitas accipitur relative pro modo subsistendi; omnis generatio fit per communicationem naturae illius, per quam aliquid est id quod est.

4) Der Vater zeugt den Sohn ewig und lässt den h. Geist ewig hervorgehen; es ist der ewige Lebensprocess der Gottheit, ohne den sie nicht sein kann. Damit ist aber ja nicht ein steter, durch alle Zeitmomente gehender, Akt gemeint.

Calv. I. xiii. 29. Quid ad ecclesiae aedificationem disputare attinet, an semper generet pater, quando stulte fingitur continuus actus generandi.

Hyper. 116. Differt praeterea pater quoniam dicitur proprie generans. Cave autem putes, ita generantem dici, quasi aliquo tempore exstiterit, quo non simul etiam exstitit filius genitus.

Keck. 93. Generatio filii aeterna est, in aeternitate autem nulla debet cogitari temporis distinctio vel minutissima. Adverbia semper et aliquando sunt temporis, et deus proprie non dicendus est semper esse sed tantum aeternum esse. Ab aeterno igitur in aeternum gignitur filius et tamen non dicitur proprie semper gigni sed semel in aeternitate gigni. Sic intelligo Calvinum, ubi dicit, filium semel genitum fuisse nec jam amplius generari, ubi a verbo fuisse debet excludi assignatio temporis. Hoc enim vult dicere, filium ab aeterno in aeternum semel gigni. Non ergo erat quod Bellarminus cavillaretur Calvinum.

Alst. 122. Generatio tamquam operatio ad intra est ab aeterno in aeternum. Uti mentem quae sit absque ratione fingere non possumus, ita deum patrem animo concipere, qui sit absque Sermone suo nefas ducimus. Deinde omnes operationes ad intra sunt aeternae, nisi mutationi deum obnoxium statuere velimus. Sunt ab aeterno in aeternum neque admittunt prius vel posterius.

5) Was nun unter diesem ewigen Zeugen zu denken sei, kann nur annähernd und ungenügend erklärt werden, hängt aber auch mit unserer Frömmigkeit nicht zusammen. Meist wird es als ein Akt der göttlichen Intelligenz aufgefasst, (Subject-Object), deren Object real wird.

Calv. l. c. Dum ecclesiae aedificationi studeo, multa non attingere consultius visum est, quae et parum prodessent et lectores gravarent supervacanea molestia.

Hyper. 117. Ceterum quomodo pater ab aeterno genuerit aut semper adhuc gignat filium, et alias id genus quaestiones, non attingemus.

Keck. 86. Gigni est concipi a gignente. 87. Intellectus divinus in se ipsum ab aeterno reflexus filium seu λόγον genuit; λόγος est in deo sui ipsius cognitio s. intellectus in se ipsum reflexus. 73. Generare nihil aliud est quam actus substantiae, quo sibi similem substantiam producit; cum ergo deus intelligendo se ipsum substantialem sui ipsius imaginem producat, recte etiam dicitur, hanc imaginem generare; — ponens in deo modum existendi, s. personam secundam.

Alst. 123. Etsi modum hujus generationis neque capere, neque enarrare possumus, sequentia tamen faciunt ad hanc materiam illustrandam. Generatio univoca (oppos. aequivoca) est, qua gignens e sua substantia rem sibi similem generat. — Est spiritualis,

quum spiritus gignit spiritualem genituram de se, sed non extra se, verum in se, non per potentiam, sed per naturam. Et haec generatio est actus semper permanens, non transiens, estque immutabilis quia non potentialis sed naturalis, et non potest separari a natura. Est metaphysica vel physica. Metaphysica est, qua mens gignit rationem tamquam essentialem et specificam suam facultatem et proprietatem. ita mens nostra gignit intellectum, λόγον ἔμφυτον, unde haec generatio dicitur mentalis, item transcendentalis s. transcendens. Hinc λόγος dicitur genimen mentis et quidem, ut Aristoteles loquitur, menti coaeternum. Numquam enim fuit, est, erit mens absque ratione. Et quamvis mens generans sit prior origine et natura quam ratio, tempore tamen prior non est. Generatio denique hyperphysica est suprema et singularis, quae divina appellatur, qua deus pater ab aeterno gignit filium sibi aequalem, gignit substantiam de se, per se et intra se. Haec generatio est simplicissima, perfectissima, aeterna et immutabilis. Haec tenenda sunt, ne leges generationis physicae cum metaphysica, et leges generationis metaphysicae cum hyperphysica confundamus.

Leydeck. 27. Generatio filii non est κτίσις, creatio, quasi conditus esset ἐξ οὐκ ὄντων, ex nihilo. Non etiam fingenda quaedam essentiatio, qualis tritheismum inducit. Neque esse possunt tres naturae infinitae, quae numericae distinguantur. Id egregie Calvinus evicit contra Valentinum Gentilem.

6) Noch schwerer ist das *spirare spiritum s.* vorstellig zu machen; man pflegt es vom *generare* so zu unterscheiden, dass wenn dieses eine Aktion der Intelligenz ist, jenes dem Willen zugeschrieben wird; denkbarer jedoch ist der Unterschied, dass beim *spirare spiritum* Vater und Sohn concurriren, daher es als ein Effect ihres gegenseitigen Verhältnisses, das als Liebe gefasst wird, verstanden werden mag.

Pet. Mart. 50. Quanquam difficile est inter generationem et processionem discrimen ponere et Augustinus se id fatetur ignorare, hoc tamen se dicit scire, quod quicquid nascitur etiam procedit, sed non recurrit, ut quae procedunt generentur. Sed proprium discrimen exprimere non possumus. Si sp. diceretur genitus, tum duo filii constituerentur, et duo patres, quum sp. a patre et a filio sit, imo ejusdem patris et filius diceretur et nepos. Deinde filius unigenitus dicitur in scriptura, ex quo sequitur sp. sum. non esse genitum.

Keck. 89. Procedere s. emanare dicitur sp. s. quia modus exis-

tendi tertius est in deo per actum voluntatis. Gigni illud dicitur, quod emanat per actum intellectus, s. similitudinis et imaginis, ut nonnulli loquuntur; emanare autem absolute illud dicitur, quod procedit et velut spiratur per actum voluntatis et per amoris impetum. 75. Sicut per intellectum se ipsum tamquam perfectissimum ens intelligit: ita per voluntatem se ipsum tamquam summum bonum appetit. Voluntas dei in se ipsam reflectitur; deus ergo appetit imaginem sui ipsius, filium, et necesse est, perfectissimum amorem a patre in filium et a filio in patrem procedere, atque ita per conjunctum intellectum et voluntatem utriusque tertium modum existendi seu personam in div. essentia poni, quae vocatur sp. s. — Impetus quidam et impulsus interior ab appetitu s. voluntate spiratur. Ex communi patris et filii desiderio sp. s. procedere recte dicitur. — 76. Secundo spiritus dicitur, quia illa processio subtile et occultum habet motus principium. Tertio, quia bona et dona illa, quae electi ex dei amore percipiunt per quandam occultam inspirationem, a tertia persona profecta, animam subeunt.

Alst. 133. Processio sp. si. est per actum amoris, emanatio per modum voluntatis, qui dicitur spiratio.

Leydek. 28. Spiratio quoque nec creatio est nec essentiatio sed ineffabilis communicatio essentiae. Quomodo a generatione differat, explicabit nullus.

Ryss. I. 122. Quodnam sit discrimen inter generationem filii et processionem sp. si. explicari non potest. Scholastici differentiam istam volunt petere ab operatione intellectus et voluntatis, ut generatio filii fiat per modum intellectus, unde dicatur sapientia; processio vero per modum voluntatis, unde dicatur amor et charitas. Hoc sine scriptura dictum rem implicat potius quam explicat.

III. Mit der *proprietas* und *operatio* des Vaters fällt endlich zusammen seine *prioritas*, dass er nicht der Zeit, aber der Ordnung nach die erste Hypostase ist in der Gottheit, aber nur als Hypostase ist er der erste, daher Sohn und Geist, welche als Hypostasen die zweite und dritte sind, dennoch nach ihrer *essentia divina* dem Vater nicht untergeordnet werden dürfen.

1) Setzt allein der Vater sich selbst, und bringt Sohn und heiligen Geist hervor; so nimmt in diesem ewigen Lebensprocess der Gottheit der Vater die erste Stelle ein.

Calv. I. xiii. 25. Essentia div. tribus inest personis, sed quate-

nus pater ordine primus est, censetur principium et fons totius divinitatis.

Alst. 121. Prima persona deitatis vere et propriissime pater dicitur. Est prima non temporis sed ordinis ratione, quia fons est et origo filii et sp. si. Hanc ob causam patri tribuitur autoritas, ὑπεροχὴ, ἐξοχὴ a patribus.

Alting. 40. Pater est prima persona deitatis, a nullo existens.

A Diest. 19. Pater est prima persona deitatis a se ipsa existens.

2) Der göttlichen Würde nach sind aber Sohn und heiliger Geist dem Vater nicht subordinirt, sondern gleich, weil auch in ihrem *modus existendi* das volle göttliche Wesen ist.

Alst. 121. Causam divinitatis pater filio non dedit, sed filius patri aequalis est. Pater potest dici filii fons, origo, non quidem deitatis, ne eum patre faciamus minorem, sed subsistentiae. Non in filium et sp. sum. a patre defluxit deitas.

Kritik. So wenig eine genaue Darlegung der äusserst künstlichen Bestimmungen der Personen in der Dreieinigkeit für uns Bedürfniss ist: so müssen wir doch sehen, was denn eigentlich mit all diesen Zurüstungen unsere Väter gelehrt und gewollt haben. Es fällt auf, wie dürftig der Inhalt eigentlich ist in all diesen vielen und künstlichen Sätzen, denn weiteres will sich nichts ergeben, als dass die Gottheit sich drei real unterschiedene Existenzbestimmtheiten gebe, von denen die erste allein nicht Produkt der beiden andern sei. Diess ganz allein ist der Gehalt, mag man ihn nun weiter dialektisch ausführen in Form von unterscheidenden Merkmalen, oder Operationen d. h. hier Relationen, oder in Form einer Reihenfolge der Personen. Es ist daher sehr nothwendig, fruchtbare Bestimmungen unten nachfolgen zu lassen, wo die *opera personalia ad extra*, d. h. die Wirkungen jeder Person auf die Kreaturenwelt eher eine bestimmte und bedeutende Unterscheidung aufweisen würden, wenn nämlich eine so bedeutende äussere Unterscheidung einer für uns so unbedeutenden innern wirklich entsprechen kann. Unläugbar ist in der neuern protestantischen Kirche dieses scholastisch dialectische Dogma aus dem Leben sehr zurückgetreten, ein unbestimmter Modalismus ist es, der in den althergebrachten Terminis unbefugt fortredet, z. B. vom Vater, ohne dass dieser

in solcher Unterscheidung vom Sohn und Geist genommen wird. Oder statt des so spekulativen Sinnes ist den Ausdrücken ein historisch empirischer untergeschoben worden, indem man beim Sohn, nicht ohne Gefahr Kreatürliches mit zu vergöttern, schlechtweg an Christus denkt, beim heiligen Geist aber an das Einwirken des Gnadenprincips auf die Gläubigen. Kommt dann eine exegetische Revision, nach welcher protestantische Dogmen sich richten müssen: so wird man schwerlich entscheidende Belegstellen finden für den Vater in diesem scholastischen Sinn, und, obwohl irgend eine Dreifaltigkeit des göttlichen Lebens, doch dieses Dogma schwerlich wieder herausbekommen. Das alles wird noch mehr ins Licht treten, wenn wir die Dürftigkeit der Bestimmungen aufzeigen, die den ewigen Sohn und heiligen Geist unter sich und vom Vater unterscheiden sollen. Dennoch ist es unthunlich und verkehrt, das Dogma wegzuwerfen; die Aufgabe kann nur sein, eine tiefe und wahre Ahnung aus dieser schwerfälligen kirchlichen Lehrform heraus zu fühlen und sie noch jetzt lebendigen Begriffen und Bedürfnissen dogmatisch zu verarbeiten. Der Kern ist ja, dass was im Erlöster und einst in Christus lebte, nicht kreatürlich sei, und aus dem Nichts hervorgebracht, sondern Mittheilung des göttlichen Wesens und Lebens.

§. 76. Das göttliche Wesen, sofern es sich sein Ebenbild erzeugt und dadurch die Bestimmtheit des Vaters in sich zurücknimmt, bringt die Bestimmtheit und Hypostase des Sohnes hervor, *ordine secundum personam*. Diese Bestimmtheit Gottes ist die vom Vater gezeugte und mit ihm den heiligen Geist hauchende, *character hypostaticus filii*, *operatio ad intra*.

Sohn Gottes kommt in mehrerlei Sinn vor; in hypostatisch trinitarischem Sinn ist der Sohn diejenige reale Bestimmtheit, *modus existendi*, welche das göttliche Wesen erzeugt, indem es ewig sich erkennend sein eigenes Object wird. Obgleich Gott nur der Vater ist, indem er den Sohn erzeugt, so ist doch die Thätigkeit des Erkennens das erste, das Erkannte aber das zweite, somit der Sohn die zweite Hypostase, als solche von

der ersten erzeugt. Diese nun ist die *proprietas personalis* in der Relation zum Vater, dass der Sohn γεννητὸς ist, freilich nicht als das göttliche Wesen, aber als diese Bestimmtheit und Hypostase des göttlichen Wesens, *generatio passiva*. In der Relation zum heiligen Geiste aber ist die *proprietas personalis* des Sohnes eine aktive, nämlich dass er zugleich mit dem Vater den Geist haucht, *spiratio activa*, diesen wieder nicht *qua* göttliches Wesen, sondern *qua* dritte Bestimmtheit und Hypostase desselben. Beide Relationen zusammen sammt der Rangordnung als zweite Person bilden den *character hypostaticus* des Sohnes.

Darlegung.

I. Sohn Gottes kommt in mehrerlei Sinn vor, hier ist der specifisch hypostatische gemeint, und Sohn wechselt mit λόγος, σοφία, *imago* und ähnlichen Ausdrücken, welche allerdings auf die göttliche Intelligenz hindeuten. Von diesem Sohnesbegriff in der Trinität ist selbst Christus zu unterscheiden, der keine Person in der Trinität, sondern durch Inkarnation ist.

1) Sohn Gottes ist hier specifisch von der zweiten Hypostase der Trinität verstanden, wie λόγος, σοφία; also auch nicht von Christus als Theanthropos. Er ist der zweite nicht nach Zeit und Würde, sondern nach der Ordnung im Existiren und Wirken. Auch im Sohn ist wahrhaft die Gottheit.

Calv. I. xiii. 23. Falso patrem vere et proprie unicum esse deum, qui filium et sp. sum. formando suam in eos deitatem transfuderit. Minime admitti debet antithesis inter filium et patrem, quasi huic tantum conveniat nomen veri dei.

Hyper. 119. Omnes proprietates filio attributas necessum est ita accipiamus, ut summam aequalitatem filio esse cum patre declarent, quinetiam eandem substantiam utrique demonstrent. Genitus de substantia patris ac ratione substantiae patri prorsus aequalis. 220. Primogenitus, unigenitus appellatur quia solus et ante omnia et prae omnibus est a patre genitus, utpote patri coaeternus.

Alst. 124. Fil. dei est secunda persona trinitatis. Subjectum est fil. dei non per creationem, neque per unionem hypostaticam, neque per adoptionem, sed per generationem aeternam. Est sermo patris respectu personae et officii; personae, quia ex mente divina prodiit, estque imago patris, totum in se exprimens et ostendens patrem;

officii vero respectu, quia per illum omnia facta sunt et est interpres patris apud angelos atque homines, patefaciens voluntatem patris. 129. Filius est secunda persona deitatis, non tempore, nec gradu aut honore, sed tam ordine existendi tum ordine in operationibus.

Hyper. 121. A patre qui lux est emanat filius identidem vera lux. Dicitur imago, εἰκὼν dei et expressa imago substantiae patris χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ, λόγος, verbum, mens verbum concipit, emittit.

Keck. 37. Dicitur filius λόγος patris, tam internus quam externus; internus quia intellectus divinus in se ipsum ab aeterno reflexus filium s. λόγον hunc genuit. Externus λόγος dicitur, quia generi humano et imprimis electis dei filiis decreta s. consilia aeterni patris sui exponit et interpretatur, ut nimirum patrem per imaginem sui possimus cognoscere. Dicitur sapientia patris, sc. etiam tam interna quam externa; interna, quia summa dei sapientia est, quod se ipsum cognoscit, cognoscendo autem se ipsum gignit filium tamquam imaginem sui. Externa, quia filios dei instruit de interna illa sapientia patris sui deque sapientia nobis ad aeternam salutem conducente.

2) Diesen Sohn unterscheidet der Vater von sich in der Weise des Erkennens, nur dass das göttliche Erkennen sein Object hypostasirt.

Alst. 127. Filius dei gignitur a patre per modum intellectus. 128. Quando pater se ipsum intelligit paret in se ipso perfectissimam imaginem sui ipsius; haec imago, quam pater ab aeterno concipit in aeternum, dicitur filius. Sed cur filius intelligendo se ipsum vel sp. sus. non etiam parit hujusmodi imaginem? Quia ille intellectus divinus in se reflexus parere potest sui imaginem substantialem, qui ordine primus est, cum imago dicatur proprie illius, quod est primum; talis autem est intellectus patris.

II. Die *proprietas personalis* des Sohnes ist, dass er, als Hypostase nämlich, nicht als göttliche Wesenheit, gezeugt ist vom Vater und zwar ewig; seine *operatio personalis ad intra* ist, dass er zugleich mit dem Vater den heiligen Geist haucht, ebenfalls ewig; seine Besonderheit in der Reihenordnung ist, dass er die zweite Person ist; alles dieses ist sein *character hypostaticus*.

1) Der Sohn ist vom Vater ewig gezeugt als Hypostase, der Gottheit nach ist er von sich selbst.

Calv. I. xiii. 19. Patrem filii principium dicunt antiqui doctores, tamen filium a se ipso esse. Qua deus est a se ipso, qua filius ad patrem est a patre. 8. Hic obstrepunt nonnulli canes, aeternitatem eiam sermoni suffurantur, dicunt, tum demum esse coepisse Sermonem, quum deus in mundi creatione sacrum suum os aperuit. Nihil minus ferendum; non quia manifestari aliquo tempore aliquid incipit, colligendum propterea erat, numquam prius fuisse.

Muscul. 158. Origo filii est esse ab alio, Verbum non factum est sed erat.

Hyper. 119. Sicut pater proprie dicitur generans, ita filius genitus.

Keck. 86. Est quoad essentiam absolutam filius a se ipso et αὐτόθεος, quoad modum vero essentiae est a patre.

Alting. 40. Fil. est secunda persona trinitatis, pater filium, essentialem sui imaginem, genuit ab aeterno.

Alst. 127. Fil. dei quoad essentiam absolutam a se ipso est, quoad modum essentiae a patre. 129. Recte dicitur filium semper generatum esse, generari et generatum iri. Nam absoluta aeternitas est interminabilis et ab ante et a post et sine successione simul tota.

A Diest. 19. F. est secunda persona a patre ab aeterno genita.

Mares. 27. Proprietas filii est esse a patre per generationem respectu personae, essentia vero per se existit, filiatio; haec generatio plane est hyperphysica.

Leydeck. 27. Genitus filius in eadem essentia patris manet, non extra eandem subsistit, ne multiplicetur cum deitate deus.

2) Der Sohn ist wie der Vater den Geist hauchend, *spirans, producens sp. sum. una cum patre.*

Keck. 98. Respectu spiritus si. proprietas filii etiam est spirare s. emittere.

Alst. 130. F. dei una cum patre suo spirat sp. sum. ab aeterno.

Wolleb. 21. F. a patre ab aeterno genitus cum patre sp. sum. producens.

3) Dass auch der Sohn den Geist hauche, ist gegen die griechischen Väter zu behaupten, weil es theils biblisch begründet ist, theils in der Natur der Sache liegt.

Keck. 98. Omnem voluntatis actum praecedit actus aliquis intellectus s. notitiae, nec est amor nisi per amatae rei notitiam; imo voluntas nihil est aliud, quam ex intellectu manans appetitus, unde necessario sequitur, sp. sum. non tantum procedere a patre per

actum voluntatis, sed etiam procedere per actum intellectus, intellectus autem patris habet imaginem patris, idcirco sp. s. etiam procedit ab imagine patris i. e. a filio; quod etiam diserte Joh. XV. 26. dicit. Sed hic ingens schisma ortum est inter ecclesias orientales et occidentales; illae statuerunt sp. sum. non procedere a filio sed a patre tantum; occidentales contra statuunt, ab utroque eundem emanare spiritum. — Paulo ante ex natura dei probavi necessario sp. sum. a patre et filio emanare.

Alst. 130. Spirat s. emittit filium, quam proprietatem filii negarunt Graeci et Orientales. Latini contra eos duo adferunt argumenta 1) sp. sus. procedit a patre, ergo et ab imagine patris essentiali. 2) Qui mittit et dat spiritum s. electis, is eundem a patre spirat.

III. Das wichtigste übrigens in der Lehre vom Sohne ist, dass der Sohn es sei, welcher in den Offenbarungen und Theophanien wirksam ist und erscheint, bis endlich in der Incarnation übergegangen wird zur Lehre von der Person Christi. Eigentlich zu den *operationes personales ad extra* gehörig ist doch diese Lehre schon hier vorzubereiten.

1) Zu den *proprietates filii* gehört endlich, dass nur der Sohn incarnirt wird und menschliche Natur annimmt in Christus.

Calv. I. xiii. 24. Ex quo manifestatus est in carne Ch. filius dei vocatur, non tantum quatenus ante saecula genitus ex patre fuit aeternus sermo, sed quia mediatoris suscepit personam. 8. Etsi mediatoris personam nondum attingo sed differo usque in locum, ubi de redemtione agetur, quia tamen constat, Chum. esse illum Sermonem carne indutum, huc optime convenient quaecunque deitatem Cho. asserunt testimonia.

Hyper. 124. Postremo insignis illa proprietas filii, quod in tempore divinitus constituto humanam naturam assumpsit, quod soli filio competit.

Pet. Mart. 38. Ch. qua homo patre minor, sp. s. vero nullius creaturae naturam suscepit in unitatem personae.

2) Die Inkarnation ist nur der vollendete Abschluss vorübergehender Offenbarungen und Theophanien im Alten Testamente, welche sämmtlich dem Sohne zuzuschreiben sind.

Calv. I. xiii. 23. Sane deus qui Isaiae apparuit verus et unicus fuit deus, quem tamen Johannes affirmat fuisse Chum. (Joh. XII. 41.) 10. Detestabilis fuit Serveti impietas, dum asseruit, deum numquam patefactum fuisse Abrahae et aliis patribus, sed Angelum; recte autem orthodoxi ecclesiae doctores, Sermonem dei esse interpretati

sunt principem illum angelum, qui jam tunc praeludio quodam fungi coepit mediatoris officio. Ergo ut omnes divinitus profectae revelationes verbi dei titulo rite insigniuntur, ita verbum illud substantiale summo gradu locare convenit, oraculorum omnium scaturiginem.

Keck. 87. Externus quoque λόγος dicitur, quia generi humano et imprimis electis dei filiis decreta s. consilia aeterni patris sui exponit. Sic nemo potest nosse patrem nisi per filium.

3) Ja selbst bei den natürlichen Werken Gottes wie bei der Schöpfung ist es der Sohn, welcher hervortritt als der Wirkende.

Calv. I. xiii. 7. Apostoli tradunt, per filium saecula esse condita et portare omnia potenti suo verbo. — 8. Eodem momento quo dixit deus: fiat lux, Sermonis virtus emersit, sermo ipse multo ante fuit.

Keck. 98. Aeternus pater nihil creat aut facit, nisi per imaginem et conceptum rerum in se ipso formatum. Illa autem imago est filius Joh. V. 9!

Kritik. Eben so dürftig wie die Bestimmungen über den Vater sind die über den Sohn; denn dass er ewig vom Vater gezeugt sei und wie der Vater den Geist hauche, folglich in der Reihenfolge der zweite sei, ist Alles, was die Dogmatiker theologisch über diese Hypostase aussagen. Weit bedeutender freilich wird dieses Dogma, wenn schon hier die ökonomisch praktische Lehre vorläufig aufgenommen wird, dass der Sohn das Manifestationsorgan oder die Manifestationsbestimmtheit Gottes sei, und von dieser Hypostase aus dann unten die Incarnation abgeleitet werde. Aber da die *operationes ad extra* doch eigentlich nicht zur Lehre von dem Wesen und den Personen Gottes gehören, sondern zur Lehre von den Werken, so ist es inconsequent, nur beim Sohne ausnahmsweise zu seinen persönlichen Proprietäten zu rechnen, dass er es sei, der incarnirt werde. Zwar kommt es auch vor, dass die besondern *operationes* jeder Person mit zu ihren *proprietates* gerechnet werden, dennoch aber pflegt man nur die des Sohnes hier schon zu indiciren. Es wird sich, je dürftiger die Lehre von der Verschiedenheit der Personen selbst ist, dann um so mehr zeigen, dass, wie De Wette a. a. O. §. 43. mit Recht sagt, «der wahre Grund der Dreieinigkeit des göttlichen Wesens in der verschiedenen Art seiner Wirkungen *ad extra* liegt;» daher denn diese operative Trinität beibehalten und zum Grunde gelegt werden muss,

Alst. 149. Praefinitio est, qua deus ab aeterno constituit certos fines; ordinatio est, qua constituit certa media. 156. Decreta respiciunt certum finem et media, ideoque hoc modo non sunt absoluta sed respectiva.

Manns. 45. Cum media eodem decreto de fine, simplicissimo actu consilii divini, sint constituta, frustra sunt qui ex finis certitudine mediorum neglectum colligere aut mediorum ordinationem evertere conantur. 47. Sed minime statuimus, salutem nobis decretam esse citra ullum respectum obedientiae ac fidei, quod nobis per calumniam affingunt adversarii. Decretum quidem in tali respectu non fundatur, sed salus decreta ex obedientia fidei pendet. Praecurrit electio.

Wend. 293. Absolutum est et non absolutum. Absolutum respectu beneplaciti dei, non absolutum respectu mediorum, inter quae Chi. meritum et fides.

Lübeck. 52. Consilium gratiae est immutabile dei propositum, quo ante jacta mundi fundamenta ex universo genere humano in peccatum prolapso ex mera gratia — ad salutem elegit in Cho. quem mediatorem constituit atque ita decrevit eos ipsi salvandos dare ad ejus communionem, per verbum et spiritum efficaciter vocare, donare fide, justificare, sanctificare.

3) Prädestinirt sind alle vernünftigen Kreaturen, sowol die Engel als die Menschen, aber für die Engel andere Mittel vorher verordnet.

Alst. 451. Praed. est circa angelos et homines. 465. Specialiter foedus gratiae hic definitur, quo peccator in se perditus a deo in gratiam recipitur per filium ejus. Aliàs foedus gratiae late acceptum etiam angelos bonos complectitur. 524. Late Ch. dicitur mediator angelorum, quia si angeli sunt electi, in Cho. sunt electi. In Cho. conservati sunt, ne laberentur quemadmodum angeli mali.

Wend. 262. Inter objecta praedestinationis etiam angeli referri probo; qui enim minus de futuro angelorum quàm hominum statu ab aeterno cogitavit deus! Nihil fecit aut permisit circa angelos, quod facere aut permittere non ab aeterno decreverit; 1 Tim. V. 21. meminit angelorum electorum; electi vero non sunt sine non electis. Angelorum praedestinatio prior est quam hominum ut creatio, quod ordinem attinet. Objecti erant praedestinanti deo non lapsi ut homines (nämlich nach infralapsarischer Ansicht), sed angeli integri. Electi vero angeli nulla opus habuerunt redemtione et justificatione evangelica.

II. Diese Prädestination als Ausdruck des schlechthinigen Abhängigkeitsgefühls muss ein absoluter, ganz frei aus dem Wohlgefallen Gottes hervorgegangener Rathschluss sein, durch nichts ausser Gott bedingt, von keinem Vorhersehen abhängig, auch nicht des Verdienstes Christi, der ja selbst gleich allen Heilsmitteln, sowie anderseits der obwol verschuldete Sündenfall mit prädestinirt ist, *decretum mere absolutum*. Ob aber immerhin Ziel und Mittel gänzlich von Gott bestimmt seien, so behalten wir darum dennoch unsere spontane und verantwortliche Willensnatur.

1) Die Prädestination ist ein freier Rathschluss Gottes, rein aus dem Wohlgefallen Gottes hervorgegangen, aber Gottes würdig, seinen Eigenschaften gemäss.

Zw. IV. 113. Quemàdmodum legislatoribus ac principibus integrum est constituere ex aequi bonique ratione, sic divinae majestati integrum est ex natura sua, quae ipsa bonitas est, constituere.

Calv. III. xxii. 1. Elegit nos antequam jacerentur mundi fundamenta, secundum beneplacitum voluntatis suae. Hoc Paulus quibuslibet meritis nostris opponit.

Keck. 169. Causa s. interne movens ad praedest. — est solum dei beneplacitum. — Orthodoxi statuunt, — decretum respectu dei ita esse absolutum, ut nullum plane includat aut fidei aut bonorum operum conditionem.

Canon. Dordr. I. 5. Incredulitatis ut et aliorum omnium peccatorum causa seu culpa neutiquam est in deo sed in homine. Fides autem est gratuitum dei donum.

Alst. 149. Decreta dei sunt absoluta, quia omnes causas antegrediuntur, 154. sunt libera, voluit deus nulla naturae necessitate (mit der er hingegen sich selbst will), vel coactione, sed voluntate liberrima, — beneplacito.

Mares. 44. Praed. est aeternum, certum, efficax et immutabile decretum. 47. Efficax ita ut complectatur ordinationem omnium mediorum, quibus finis obtineatur.

Form. Cons. 4. Deus ante jacta mundi fundamenta in Chо. fecit *πρόθεσιν αἰώνιον*, propositum in quo ex mero voluntatis suae beneplacito sine ulla meriti operum vel fidei praevisione ad laudem gratiae suae elegit certum ac definitum hominum in eadam corruptionis massa jacentium numerum in tempore per Ch. ad salutem perducendum.

Schleierm. «Die Erwählung, in der allgemeinen Weltordnung betrachtet, erscheint nur bestimmt durch das göttliche Wohlgefallen. Dafür dass die menschliche Natur sich gerade in dieser Mannigfaltigkeit nach Zeit und Raum darstelle, und dafür, dass die menschlichen Dinge durch Christus angeordnet und wieder gebracht werden sollen, ist kein anderer Grund als das göttliche Wohlgefallen anzugeben.»

2) Folglich ist sie ganz unbedingt, unabhängig von blossem Voraussehen, da Gott nichts voraussieht als was er selbst hervorzubringen beschliesst.

Zw. IV. 113. Numinis haec constitutio est libera, non a nostra dispositione pendens neque nostram constitutionem sequens. Thomae Aq. de praedestinatione sententia talis fuit, deum hominem praedestinare tum, quum per sapientiam viderit qualis futurus sit. Quae mihi sententia ut olim scholas colenti placuit, ita illas deserenti et divinorum oraculorum puritati adhaerenti maxime displicuit. — Quid

enim aliud est, quam dei decretum et constitutionem par facere humani judicis deliberationi ac decreto? — Sic dei bonitatem et omnipotentiam in periculum trahunt. — Nos aliquid ex nobis ipsis essemus priusquam deus de nobis constituceret. — Voluntati tribuitur ad beatam vitam electio et praedestinatio.

Calv. III. xxi. 5. Non satis est praescientiam facere causam. xxii. 5. Sic enim causam ultimam ponunt in hominum virtute.

Keck. 170. Praevisio fidei non est causa efficiens electionis; sed respectu fidei sumus electi, fides est effectus praedestinationis; deus enim est primum et summum principium, quod a nullo principio externo pendet.

Can. Dordr. I. 9. Electio facta est non ex praevisa fide, fideique obedientia, sanctitate aut alia aliqua bona qualitate et dispositione, tamquam causa s. conditione in homine eligendo praerequisita, sed ad fidem, fideique obedientiam, sanctitatem cet., electio est fons omnis salutaris boni, unde fides ac reliqua dona salvifica ut fructus et effecta ejus profluunt.

Marbs. 45. Non est actus intellectus tantum sed etiam voluntatis. 46. Fides, sanctificatio cet. eodem modo subeunt decretum praedestinationis consequenter ut media per illud ordinata ad finem, non vero antecedenter, ut electionis ipsius vel fundamenta vel causae, ex quibus praevisis pendeat, — ut Pelagiani volunt, Sociniani, Scotistae et Jesuitae, Arminiani et ex parte Lutherani. Deus est, qui decrevit nobis media illa dare.

3) Sie ist auch unabänderlich und sicher das Ziel durch die mitbeschlossenen Mittel erreichend; aber ohne Zwang und willensmässig uns leitend. *(Gratia irresistibilis.)*

Zw. IV. 6. Firma manet dei electio. Quos enim elegit ante mundi constitutionem, sic elegit, ut per filium suum sibi cooptaret.

IV. 140. Stat electio dei firma et immota, — — etiamsi electus in tam immania scelera prolabatur, qualia impii et repudiati designant. Nisi quod electis causa sunt resurgendi.

Calv. Cons. Genev. 251. Utrumque conciliant piae mentes, hominem eo statu fuisse locatum, ut sponte cadendo sibi ipsi exitio fuerit, et tamen ita fuisse ordinatum ut voluntaria haec ruina humano generi humilitatis materia foret. Neque enim, si deo ita visum est expedire, ideo non propria voluntate se praecipitem dedit, qui recta natura alioqui praeditus erat.

Hyppn. 185. Quod deus ab aeterno semel constituit, semper

d ratum et inviolabile manet, quoniam non est ut homo, quem propositi aliquando poeniteat.

Beza. qu. I. 121. Perire non possunt electi, excideret enim dei decretum vel mutabile esset; suo tempore donati fide Cho. inseruntur.

Keck. 171. Electio est primum principium nostrae salutis, ita plane est immutabilis. Decretum dei non est evitabile.

Can. Dordr. I. 11. Ut deus ipse est — immutabilis, ita electio ab ipso facta nec interrumpi nec mutari nec revocari, aut abrumpi, nec electi abjici, nec numerus eorum minui potest.

Alst. 149. Decreta sunt immutabilia; necessaria ratione implet ionis et executionis.

Marbs. 48. Est immutabilis et irrevocabilis.

Can. Dordr. V. 3. Propter peccati inhabitantis reliquias non possent conversi in gratia perstare, si suis viribus permitterentur. Sed fidelis est deus, qui ipsos in gratia semel collata misericorditer confirmat et in eadem usque ad finem potenter conservat.

4) Folglich kann auch keinem zum Heil prädestinirten dasselbe *finaliter* wieder verloren gehen. *(Gratia inamissibilis.)*

Hyp. l. l. Praedestinatus non potest tandem adhuc perire ac damnari, neque reprobus servari.

Con. Dordr. I. Rejectio 6. Qui docent, non omnem electionem ad salutem immutabilem esse, sed quosdam electos nullo dei decreto obstante perire posse et aeternum perire.

Marbs. 48. Irrevocabilis est, ut electi suo tempore efficaciter vocentur — — et perseverent in fide, ita ut totaliter et finaliter numquam ab illa deficiant.

H. Alting. Controv. 140. Electi ac vere regenerati possunt deficere atque ita excidere tum ratione sui, tum ratione diaboli et mundi; at non possunt deficere totaliter atque ita damnari ratione dei, quia ejus decretum de ipsorum salute atque perseverantia immutabile est.

5) Als *decretum absolutum* ist die Prädestination auch nicht abhängig und in diesem Sinne bedingt weder vom vorhergesehenen Sündenfall noch Verdienst Christi. Auch die Infralapsarier können diesen Satz nicht umstossen.

Calv. Cons. Genev. 252. Quod satis clare ille Salomonis loco exprimitur, quod propter se deus omnia creavit, etiam impium ad diem malum, hac ratione impugnat (Pighius): quod si deum respe-

visibe dicimus, quid cuique futurum esset, simul necesse erit fateri, discretionem inter electos ac reprobos priorem fuisse hominis lapsu in mente divina. Unde sequetur, non damnari reprobos, quia perditi fuerint in Adam, sed quia ante lapsum Adae jam exitio devoti erant. — Pighius inter causas propinquas et remotas non discernit. Proxima causa in hominibus ipsis residet, — interior animi sensus constrictos tenet, — qui neminem, vel se judice, patitur absolvi. Quid impediet, quin arcanum dei consilium, quo praeordinatus fuerat hominis lapsus, adoret procul fides nostra, et tamen, quod propius apparet, conspiciat, totum hom. genus in Adae persona aeternae mortis reatu constrictum esse. — Nam alioqui neque sibi constaret deus, et immutabile ejus propositum hominis vitio subversum foret. — 254. Justo dei judicio perire qui pereunt, et simul tamen fatemur, quicquid Adae accidit, divinitus fuisse ordinatum.

Pet. Mart. 234. Non opera praevisa sunt causa praed. 235. Fides praevisa non movet deum, fides ipsa ex deo est. 236. Deus nihil boni invenire potest in nobis quod ab ipso non sit profectum. Discrimen credentium et non credentium est a vocatione petenda.

Wolleb. 37. Decretum dei speciale est absolutum sc. respectu causae, quae nec in eligendis est fides, nec in reprobandis peccatum, sed liberrima dei voluntas; tamen et non absolutum sc. respectu objecti et mediorum; peccatum non reprobationis causa impulsiva sed objecti conditio necessaria.

H. Alting. loc. com. 33. Primum et summum electionis medium est Ch. non ut deus absolute, sic enim ipse quoque elegit, sed ut mediator.

III. Sowol aus der Zweiseitigkeit in der Gottesidee, als aus dem in der Erfahrung gegebenen Unterschied Erlöster und Nichterlöster, ist der Rathschluss der Prädestination selbst als ein zweiseitiger zu erkennen, und es muss theils ein *decretum electionis* theils ein *decretum praeteritionis* oder *reprobationis* geben. Bleibt der Unterschied Erlöster und Nichterlöster vom Moment des Todes an für immer fixirt, so muss auch im ewigen Rathschluss der Dualismus ein finaler sein.

1) Der Dualismus in der Prädestination, von Zwingli mehr speculativ aus der Gottesidee, von Calvin mehr empirisch aus dem Leben erkannt, so zwar dass jeder die Ableitungsweise des Andern auch kennt und vorbringt, wird wie aus der heiligen Schrift so auch durch logischen Schluss gewonnen, indem der

Begriff einer Auswahl Nichtausgewählte voraussetzt. Die Lehre muss aber ganz nur der heiligen Schrift folgen. Die Verwerfung als bleibende kann nur dann folgen, wenn die erlösende Gnade beim Tode für immer aufhörend gedacht wird.

Zw. IV. 108. — tam angelus quam animus in hoc factus est intellectualis, ut summum bonum primo — cognosceret. Quum autem dei bonitas non minus in se contineat aequitatem et justitiam quam beneficentiam et misericordiam —. Transgreditur ergo uterque — et tum justitiae faciem viderunt. 111. cet.

Calv. III. xxi. 1. Jam vero quod non apud omnes peraeque homines foedus vitae praedicatur et apud eos, quibus praedicatur, non eundem locum vel aequaliter vel perpetuo reperit: in ea diversitate mirabilis divini judicii altitudo se profert; nec enim dubium, quin aeternae dei electionis arbitrio haec quoque varietas serviat. — Nihil minus consentaneum putant quam ex communi hominum turba alios ad salutem alios ad interitum praedestinari. 2. Sit primum nobis hoc prae oculis, aliam praedestinationis notiam appetere quam quae verbo dei explicatur, non minoris esse insaniae, quam si quis — — in tenebris cernere velit. 5. Praedestinationem, qua deus alios in spem vitae adoptat, alios adjudicat aeternae morti, nemo qui velit pius censeri simpliciter negare audet. xxiii. 1. Multi, ac si invidiam a deo repellere vellent, electionem ita fatentur, ut negent quemquam reprobari, sed inscite nimis et pueriliter, quando ipsa electio nisi reprobationi opposita non staret. Quos praeterit reprobat, vult excludere. Nec tolerabilis est hominum protervia, si dei verbo frenari se non sustinent, ubi agitur de incomprehensibili ejus consilio.

Cons. Genev. 223. Certe quid deo sit reddere quod suum est, nondum didicerunt isti, quibus sponte nescire lubet, unde ab aliis differant. 231. Certe inter electos et reprobos mutua est relatio, ut stare electio nequeat, nisi fateatur, deum certos homines, quos illi visum est, ab aliis segregare. 254. Quum palam appareat, ex multis vix paucos credere. — —

Beza. qu. th. I. 199. Est praedest. genus, cujus duae sunt species. 113. Electio est specialis, universalis imaginari non potest, nam qui omnia accipit, nihil eligit; qui vero eligit, necessario dicitur quae non eligit repudiare.

Pet. Mart. 232. Et reprobatio est propositum dei sapientissimum absque ulla injustitia, ut quos non dilexit ac gratia implet, illorum condemnatione justitiam demonstraret, praeterit eos in miseria eorum.

Keck. 171. De electione non a priori sed a posteriori judicandum est. Quia electio includit media, ideo ex mediis de ea statuendum est; quia nostrum non est de decretis arcanis dei judicare ac statuere, nisi ex revelatione. Revelat autem deus sua decreta tum, quando eorum media ostendit et confert.

Cand. Dordr. I. 6. Quod autem aliqui in tempore fide donantur, aliqui non donantur a deo, id ab aeterno ipsius decreto provenit.

Alst. 176. Tractanda haec doctrina sobrie, non ultra scripturam, reverenter, prudenter et utiliter.

H. Alting. 129. Eligere est ex pluribus legere, accepto uno alterum repudiare.

Leydeck. 59. Consilio gratiae opponitur consilium irae quod reprobationem appellamus, nec possumus non ad praedest. referre. Est liberrima et justissima voluntas de excludendis quibusdam ex salutari s. trinitatis oeconomia iisque in statu suo deserendis et juste propter peccatum puniendis.

Schl. «Wenn wir das theilweise Gelingen und Misslingen der Verkündigung betrachten, so gibt es einen in der göttlichen Weltregierung eingeleiteten Vorzug der Einen vor den Andern ohne einen in den Personen selbst dazu vorhandenen Grund. — Sobald man die kirchliche Lehre annimmt, dass der Zustand des Menschen zur Zeit des Todes die Entscheidung bilde, so kommt man unwiderstehlich zur Annahme des *decretum reprobationis.*»

2) Besonders wegen dieses finalen Dualismus der Prädestination hat man belieben wollen, dass der göttliche Rathschluss erst auf Vorhersehen hin gefasst worden sei; solche Abschwächung des schlechthinigen Abhängigkeitsgefühls muss aber bestimmt abgewiesen werden.

Zw. I. 188. «Diese Selbstbestimmung Gottes ist frei, nicht von unserer Anordnung oder Bestimmung abhängig, noch ihr folgend. Lässt man bei Gott die Vorherbestimmung erst folgen auf (vorhersehende) Weisheit, so gefährdet man Gottes Güte und Allmacht unvorsichtiger Weise. Wenn sie sich erst nach unserer Beschaffenheit richtet, so wären wir aus uns selbst etwas, noch ehe Gott über uns verfügte, was doch grundlos ist. 189. Die Erwählung ist frei, aber nicht blind. 191. Erwählung und Verwerfung ist ein Werk des freien Willens; sie hängt von keiner Rücksicht oder Mittelursache ab.»

Calv. III. xxi. 5. Praedestinationem nemo pius simpliciter negare audet, sed eam multis cavillis involvunt, praesertim qui praescientiam faciunt ejus causam. Ac nos quidem utramque in deo statuimus,

sed dicimus alteram alteri subjici. Praescientiam cum tribuimus deo, significamus omnia semper fuisse ac perpetuo manere sub ejus oculis, ut ejus notiae — omnia sint praesentia. Praedestinationem vocamus aeternum dei decretum, quo apud se constitutum habuit quid de unequoque homine fieri vellet. Non enim pari conditione creantur omnes, sed aliis vita aeterna, aliis damnatio aeterna praeordinatur. Itaque prout in alterutrum finem quisque conditus est, ita vel ad vitam vel ad mortem praedestinatum dicimus. (Calvin denkt darum doch alle von Natur gleich corrupt, in Einer massa, nicht etwa in den Erwählten schon einen Keim des Heils, bloss im Verworfenen aber den Keim des Unheils.)

Cons. Genev. 224. Quod si nos evangelii non pudet, — fateri necesse est, deum aeterno suo beneplacito, cujus aliunde causa non pendet, quos illi visum est destinasse ad salutem, aliis rejectis. Fidem facere electionis causam nimis absurdum est, ut Augustinus ait, electos esse non quia crediturі essent, sed ut crederent.

H. Alting. 133. Fides praevisa non est causa impulsiva electionis. Apostolus docet, nos electos esse per fidem ad salutem, sed verba «per fidem» non cum verbo «elegit», sed cum verbo «ad salutem» proxime cohaerent. Electum esse in Cho. est Cho. datum esse, ut per ipsum redemti ad salutem adducamur.

Stapf. V. 140. Num decretum — — factum sit ex praevisa hominis fide, quae decreti illius particularis sit causa impulsiva s. conditio antecedens? Quod Aug. Confessores affirmant, Reformati vero, si conditio haec ceu aliquid extra deum consideretur, seu rationem independenter a deo habens, negant. Illi nihilominus ipsam illam praevisam fidem ex divina gratia derivant, eamque dei donum, non hominis opus esse fatentur. 143. An deus — certum hominum numerum in peccati miseria voluerit relinquere, — ideoque aeternae poenae destinaverit, — independens a causa extra deum? Quod Aug. Conf. negant, Ref. affirmant.

Schl. «Vorhersehen und Vorherbestimmen lassen sich bei Gott nicht trennen. Man wird sagen müssen: Gott erwählt die, denen er den Glauben zu geben und die er im Glauben zu erhalten beschlossen hat. Der göttliche Rathschluss kann nicht bestimmt sein durch ein offenbar ganz menschliches Vorauswissen in Gott, dessen Gegenstand unabhängig vom Rathschluss wäre, so dass dieser sich darnach richten müsste. — Da auch die Lutheraner die Bewirkung der *fides* dem heiligen Geist zuschreiben, *ubi et quando visum est deo*, so kommt das Calvinische immer heraus.»

3) Die Ungleichheit der Menschen in Beziehung aufs ewige Heil ist also völlig frei von Gott ewig vorherbestimmt, indem er Alle in wesentlich gleiche Corruption und Sünde fallen lässt, seine erlösende Gnadenbelebung aber eben als Gnade so ertheilen will, dass die Einen, ohne an sich selbst würdiger zu sein oder Verdienst und Anspruch zu haben, sie empfangen, die Andern aber im niedrigern Dasein des Sündenelendes zurückbleiben. Gerade diese absolute göttliche Freiheit im Erwählen hindert uns, sterbende Kinder und Heiden den Verworfenen beizuzählen. Denn Gott nimmt kein Ansehen der Person, des Alters, der Nationalität u. s. w. an. Ebenso ist selbst Christi Verdienst nur durch Erwählung gesetzt und übt keine Bestimmung auf die Erwählung aus.

Zw. III. 157. (Dass Einige glauben) — ejus fit tum virtute tum gratia, in quem creditur, nam quod ad ingenium et naturam hominis adtinet, nihil differt pius ab impio. IV. 115. At electio iis tantum tribuitur, qui beati futuri sunt, et qui miseri futuri sunt non dicantur eligi, quamvis et de illis constituerat divina voluntas sed ad repellendum, objicieńdum et repudiandum, quo justitiae exempla fiant.

1. 196. «Nichts steht im Wege, dass Gott nicht auch unter den Heiden sich solche erwählt habe, die ihn ehren und nach dem Tode sich mit ihm vereinigen; denn frei ist seine Wahl. Einmal ich, wenn es mir frei stände, möchte lieber das Loos eines Sokrates und Seneka wählen, die nicht nur den Einen Gott erkannten, sondern auch durch ein reines Gemüth ihm zu gefallen strebten, als das Loos des Pabstes, der sich selbst für einen Gott ausgeben möchte, oder das eines Fürsten, der diesen Götzen schützt.»

Calv. III. xxi. 7. Scriptura clare ostendit, aeterno et immutabili consilio deum semel constituisse, quos olim assumere vellet in salutem, quos rursum exitio devovere. Hoc consilium quoad electos in gratuita ejus misericordia fundatum esse asserimus, nullo humanae dignitatis respectu; quos vero ad damnationem addicit, his justo quidem sed incomprehensibili ipsius judicio vitae aditum praecludi. xxii. 3. Ubicunque hoc regnat dei placitum, nulla in considerationem veniunt opera. Sanctitas, quam in nobis praevidet, ab electione habet exordium. 1. Prudenter Augustinus: in ipso ecclesiae capite lucidissimum esse gratuitae electionis speculum; — nec juste vivendo factum esse filium dei, sed gratis tanto honore fuisse donatum, ut alios postea faceret donorum suorum consortes. Hic si quis quaerat,

cur non alii quod ille, vel cur ab illo nos omnes tam longo intervallo distemus, cur nos omnes corrupti, ille puritas: vesaniam et impudentiam suam simul prodet. Quid reperiet in nobis deus, — quo ad eligendos moveatur?

Cons. Genev. 241. Quasi vero Paulus homines currendo parum proficere intelligat, nisi dei gratia adjutos, ac non potius alia omnia redigat in nihilum, ut locum dei misericordiae vacuum cedant. Unde enim cursus recti principium? 246. Reliquos ad interitum aptatos esse constat, quia naturae suae relicti certo jam exitio devoti sunt. Quod enim nugantur quidam, aptari eos propria malitia (d. h. eigenmächtig durch sich im Gegensatz zu Gottes Destination), adeo inconsultum est, ut referre pigeat.

Scharp. 308. Reprobatio est, qua deus ab aeterno immutabiliter nonnullos ad gloriam sui nominis rejicere decrevit. 309. Causa nec fuit praevisa infidelitas nec praevisa peccata, nec odium dei adversus reprobos, sed sola dei *εὐδοκία*.

Alst. 194. Causa decreti non est res aliqua extra deum, non voluntas hominis, non bonus usus gratiae dandae, non praevisa fides, non praescita merita, non praevisa opera, ut preces et perseverantia, non dignitas, non meritum Chi. sed solum dei beneplacitum. Hoc docet scriptura et natura dei, qui quum sit omnium dominus absolutissimus, liberrimus et omnipotens, misericordissimus insuper et justissimus, non pendet a causa aliqua extra se, sed se ipsum respicit tamquam summum bonum. Praeterea effectus praedestinationis non potest esse prius causa.

Ryss. I. 145. Electio facta est non ex praevisione fidei vel operum, quod Pelag. dicunt, sed ex sola patris gratia, nec Ch. est causa decreti. Pontificii inter se dissentiunt. Dominicani et Jansenistae pro gratuita dei praedestinatione, Franciscani et Jesuitae pro praevisione operum decertant. Arminiani duplex faciunt electionis decretum, generale servandi credentes, et speciale servandi hos et illos, nominatim quos deus praevidit credituros. In phrasi et methodo Lutherani quoque nobis opponunt, tum Universalistae, qui dum hominis propriam discretionem tollunt, gratiaeque efficaciam et electionis certitudinem, non aeque graviter aberrant. Nos: electionem esse mere gratuitam a solo dei beneplacito pendentem, ita ut nulla causa vel conditio in homine fuerit, ad cujus intuitum deus hunc potius quam illum elegerat.

Stapf. V. 138. Reformati, dum decretum absolutum esse perhibent, dicere volunt, deum esse independentem et voluntatem divi-

nam in decernendo non a rebus aliis extra se ullo modo dependere, sed potius omnia quaecunque exitura sunt, sive sint res ipsae, s. modi et accidentia rerum, s. sint fines, s. media et conditiones, — a div. voluntate omni modo dependere. Absolutum vocant decretum, quia nulla concipi potest conditio extra deum a voluntate ejus independens, sub qua deus aliquid decernere possit. Minime autem finem a mediis s. conditionibus separamus, — ut deus finem non decreverit sine mediis, sed et ipsa media et conditiones a liberrimo dei decreto pendere docemus.

Schl. «Die Meinung, dass die göttliche Gnade weder ursprünglich einem fehle, noch sich von ihm zurückziehe, sondern dass sie nur von den Einen immer nicht ergriffen werde, wohl aber von den Andern, wodurch der Anfang des neuen Lebens auf die Willensthätigkeit des Menschen zurückgeführt wird, so wie selbst diejenige, dass der Eine Widerstand leiste, der Andere denselben aufgebe, wenn das Aufgeben des Widerstandes auf die Willensthätigkeit des Menschen zurückgeführt wird, ist pelagianisch.»

4) Ebenso wenig verwirft Gott die Einen erst aufs Vorhersehen ihrer Sünde hin, obwol die Verdammung immer nur der Sünde und Schuld folgt, so dass alle gleiche Verdammniss verdienen, und nur Gnade die Einen rettet. Die Motive für diesen zweiseitigen Rathschluss ruhen einzig in Gott, sind seiner würdig, ob wir sie noch so wenig ergründen und eine verborgene Region im göttlichen Willen anerkennen müssen. Jedenfalls dient dieser Rathschluss dem höchsten Zweck, dass nämlich Gott kund werde sowol in seiner Gnade als in seiner Gerechttgkeit.

Zw. IV. 115. — — quod dominus hujusmodi exemplis audaciae et pervicaciae mundo et potentiam et justitiam suam ostendit. Indurat non aliam ob causam, quam ut eos exemplo justitiae mundo proponat. 2. Diverso — miseretur, quod exempla bonitatis suae prodit. 6. Bonitatis est elegisse quos velit, justitiae vero electos sibi adoptare et jungere per filium hostiam — factum.

Calv. III. xxii. 11. Esau, nullo adhuc scelere inquinatus, odio habetur. Praedestinationis enim fundamentum non est in operibus. Apostolus non dicit, deum rependisse Esau secundum suam malitiam, sed diversa solutione contentus est, quod in hunc finem excitentur reprobi, ut dei gloria per illos illustraretur. Deinde dicit, deum cujus vult misereri et quem vult indurare. Vides, ut in solum dei arbitrium utrumque conferat? Rationem nullam habemus, nisi quoniam ita illi placet. 1. Non est causa litigandi cum deo, si ab una

parte volens ostendere iram et notam facere potentiam suam, ferat vasa irae apparata in interitum; ab altera autem notas faciat divitias gloriae suae erga vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam. XXIII. 3. Si quis nos his verbis aggrediatur, cur ab initio deus ad mortem aliquos praedestinaverit, qui quum nondum essent mereri judicium mortis non potuerant: nos vicissim eos rogemus, quid deum homini debere existiment, si eum a natura sua aestimari velit? Quodsi judicio mortis obnoxii sunt omnes naturali conditione, quos ad mortem destinat, de qua obsecro ejus iniquitate erga se conquerantur. 6. Primum inter omnes constare debet, deum omnia propter semet ipsum condidisse, impium quoque ad diem malum. — Penes ipsum residet salutis ac mortis arbitrium, consilio autuque suo ita ordinat, ut inter homines nascantur ab utero certe morti devoti, qui suo exitio ipsius nomen glorificent.

Cons. Genev. 251. (Contra Pighium.) Quasi vero dominus ante primum hominem conditum, qualis totius generis futura esset conditio, non praeviderit, quasi etiam non statuerit, quindam fieri vellet!

Pet. Mart. 237. Causa damnationis justissima in nobis ipsis non in deo.

Aret. 33. Praed. est decretum dei aeternum, quo statuit electos suo ordine vocare ad veritatis cognitionem, ut in his misericordia et gloria ejus declararetur.

Polan. 1616. Si decreti reprobationis causa efficiens esset peccatum, tum aeternum dei decretum ab hominibus penderet.

Scharp. 309. Reprobationis finis duplex est, 1) principalis nempe dei gloria; demonstratae gloriae duobus modis inservit reprobatio, ad demonstrandam dei potentiam et summum jus faciendi de creaturis quod vult, ad commendandam dei misericordiam erga electos; 2) salus electorum.

Alst. 203. Homo creabilis, labilis et reparabilis est objectum electionis; similiter objectum reprobationis est homo creabilis, labilis et in lapsu relinquendus. Recte docent, medium commune huic decreto substratum esse duplex, creationem et lapsus permissionem, cui nonnulli addunt peccati propagationem. Haec enim sunt media, per quae deus decrevit ab aeterno hoc suum decretum exequi in tempore. Secundum medium est lapsus permissio. Non impedivit malum, quando cessavit a certa operatione sua, puta mentem non illuminando et voluntatem non inclinando ad obediendum (also was *causa deserens* heisst.) Haec permissio peccati est praesciente et volente deo. 205. Tertium medium, propagationem peccati ab aeterno

decrevit. Per ea tria deus aeque sibi fecit viam ad eligendos actu quos voluit, quam ad reprobandos quos voluit. 214. Efficiens causa reprobationis principalis est deus, impellens beneplacitum dei, quo decrevit quosdam non eligere sed praeterire, et praeteritos damnare propter peccatum. Finis est gloria dei, 219. Ponitur in gloria justitiae vel peccatorum vindicta.

Polan. 1616. Si decreti reprobationis causa efficiens esset peccatum, tum aeternum dei decretum ab hominibus penderet.

Stapf. V. 144. Observandum, nos minime statuere Reprobationem a posteriori absolutam esse, ut facta sit citra peccatorum et incredulitatis finalis respectum, — sed hac etiam in re liberrimam et independentem dei voluntatem a nulla causa extra se dependere, sed ad div. intellectum et voluntatem ceu omnium rerum fontem etiam in hoc negotio recurrendum esse. 127. Decretum perfecte intelligi minime potest, nisi omnia essentiae div. attributa, varios illorum ad hoc Universum respectus et ad se invicem relationes habeamus perspectas, nobisque omnis in hoc Universo nexus, tota rerum series, omnis omnium rationum particularium ad finem generalem tendentium modus cognitus sit. Patet inde, quanta doctrinae de div. decretis sit sublimitas, ut accurate percipi nequeat, nisi ab eo qui perfecte noscit totam infiniti dei essentiam — — 143. — nihil faciens nisi ratione habita omnium suorum attributorum.

IV. Das *decretum reprobationis* ist aber nicht auf dieselbe positive Weise von Gott gewollt und gefasst wie das *decretum electionis*, sondern hier ein Unterschied zu machen ähnlich der Art, wie Gott *causa mali* und wie hingegen *causa boni* ist. Diess zeigt sich schon darin, dass die *reprobatio* nicht ohne weiters in den Begriff der *praedestinatio* mit aufgenommen werden kann; ferner darin, dass es *reprobati* giebt, damit es *electi* geben könne, die ihr Heil der Gnade zu verdanken sich bewusst sind, somit *manifestatio justitiae*, damit *manifestatio gratiae* möglich werde; endlich darin, dass der Rathschluss der Reprobation doch immer bedenklicher gelehrt wird, und wenn entschieden, dann mit Berufung auf ein Geheimniss.

1) Das *decretum reprobationis* ist nicht ohne weiters und gerade so wie das *decretum electionis* in den Begriff der *praedestinatio* gehörig, obgleich es so wenig als das Böse nur vorausgesehen oder zugelassen ist.

Zw. IV. 115. Est electio libera sed non coeca divinae voluntatis — — constitutio de beandis, non de damnandis.

Pet. Mart. 231. Theologi Scholastici electos tantum, non autem reprobos ajunt praedestinari; revera video scripturas plerumque ita loqui. 233. Praed. spectat ad fines, quos natura non possumus assequi, ergo ad electos sanctos modo, non ad reprobos.

Keck. 168. Praed. vocabulum proprie non continet sub se reprobationem sed electionem ad vitam aeternam ex natura sua significat. Destinatio enim est constitutio finis et ordinatio mediorum ad finem. Cum ergo aeterna damnatio non sit finis hominis, sed tantum extremum, ideo reprobationis genus non proprie praedestinatio constitui potest. Omnis enim finis est perfectio rei, damnatio autem est extremum malum et summa imperfectio, ita ut impropria sit locutio, deum nonnullos homines praedestinasse ad damnationem. Quocirca accurate loquendo praed. et electio ad vitam aeternam aequipollent.

Scharp. 310. Secundus finis reprobationis est salus electorum, 1) jam electi meditatione reprobationis aliorum excitantur ad metum et reverentiam potentiae dei, quae in aliis demonstratur; 2) tum ex meditatione oppositae reprobationis magis cognoscunt gratiae dei erga se in electione declaratae magnitudinem.

Alst. 171. Sensu strictiori accipimus verbum praedestinationis de electis tantum.

Can. Dordr. I. 6. Electorum corda quantumvis dura gratiose emollit et ad credendum inflectit; non electos autem justo judicio suae malitiae et duritiae relinquit.

H. Alting. Loci com. 30. Reprobationem quoque continet praedestinatio ad finem, qualem esse negant quidam exitium reproborum utpote malum. Etsi enim malum quid est respectu reproborum qui damnantur, non tamen malum est respectu dei reprobantis, qui illorum exitium ceu finem optimum justitiae nimirum potentiaeque suae declarationem intendit.

Rvss. I. 137. Specialissime vox praed. ponitur pro decreto electionis, quod praed. sanctorum dicitur. An vox referenda sit tantum ad electionem, an reprobationem etiam complectatur, controversia olim seculo IX. acriter disceptata fuit in causa Godeschalchi, qui cum Lugdunensibus ad reprobationem eam extendebat, Joh. Scoto Erigena eam ad electionem tantum convenire statuente. Idem nunc inter nos et Pontif. quaeritur; Pontif. enim quibus reprobationis nomen exosum est, sensu primo usurpant, unde reprobos non praedestinatos sed praescitos vocare solent, et non supponunt sed opponunt reprobatio-

nam praedestinatione. Nos et dei electione et de reprobatione vocem sumimus, quia scriptura verbum προορίζειν extendit ad actus scelestos reprobatorum Luc. XXII. 22. Act. IV. 28.

Stapf. V. 195. Confess. Aug. vocem reprobationis strictiori sumunt significatu quam Ref.; priores enim nonnisi actum judicii divini seu praedamnationis per eam intelligunt; Ref. vero sub ea actum praeteritionis quoque comprehendunt. Actus praeteritionis dicitur a Reformatis absolutus s. negativus, actus praedamnationis vero positivus et ordinatus.

2) Der scheinbare Widerspruch, dass die *reprobatio* zur Prädestination gehöre und nicht gehöre, ist analog zu lösen, wie der obige, dass Gott *causa mali* sei und nicht sei; denn die Verdammniss ist ja nichts anderes als der Ausgang des Bösen, kann also nur so gewollt sein wie dieses. Daher sagt man *decretum reprobationis est actus tum negativus*, d. h. *praeteritio*, weil Gott seine befestigende Gnade zurückzuziehen beschliesst, dann erst *actus positivus, damnatio*, weil er das nun eintretende Böse bestraft.

Calv. III. xxiii. 1. Quos deus praeterit, eos et reprobat et vult excludere. 8. Hic ad distinctionem voluntatis et permissionis recurritur, secundum quam obtinere volunt, permittente modo, non autem volente deo perire impios. Sed cur permittere dicemus, nisi quia ita vult? Nec probabile est, sola dei permissione, nulla ordinatione hominem sibi accersisse interitum. Praed. nihil aliud est quam div. justitiae, occultae quidem, sed inculpatae dispensatio. Sic ex dei praedestinatione pendet eorum perditio, ut causa et materia in ipsis reperiatur. Lapsus est enim primus homo, quia deus ita expedire censuerat, cur censuerit, nos latet.

Can. Dordr. I. 15. quos — — decrevit in communi miseria relinquere nec gratia donare.

Heid. 172. Reprobatio est decretum dei de relinquendis certis hominibus in peccato et propter peccatum damnandis. Duplicem in se actum includit; prior actus est propositum dei deserendi quosdam et sibi relinquendi, hic actus est absolutus, pendens a solo et absoluto dei arbitrio. Alter actus est propositum damnandi propter peccata; hic actus non est absolutus sed continet respectum ad conditionem peccati. Poena non potest esse sine respectu et conditione peccati, quod solum est causa proxima damnationis. Recte dicitur, propter

electionem nos salvari; sed non aeque commode dici potest, propter reprobationem quosdam damnari. Electio est principium positivum salutis, reprobatio vero proprie loquendo non est principium sed remotio principii. Nec proprie dici potest, homines ad damnationem ab aeterno ordinatos esse, nisi hoc addamus: propter peccatum.

Alst. 213. Reprobatio est decretum, quo deus decrevit certos homines praeterire, praeteritos permittere in culpam cadere, et inferre poenam aeteram pro culpa. Actus sunt duo, negativus et positivus, illa etiam passiva et privativa dicitur actio. Is actus est, quo deus ab aeterno decrevit quosdam non eligere sed praeterire, est negatio gratiae et gloriae. Actus positivus, — quo decrevit praeteritos damnare propter peccatum. Et haec est reprobatio. 221. Sicut praed. ad vitam includit voluntatem conferendi gratiam et gloriam, ita reprobatio includit voluntatem permittendi cadere in culpam et inferendi damnationis poenam. Reprobationem sequitur primum malum: privatio gratiae specialissimae. — —

H. Alting. loc. com. 35. Forma reprobationis est reproborum relictio in aliorum electione, tum praeteritio in gloriae gratiaeque praeparatione, tum destinatio ad exitum.

Schapp. 241. Male Scholastici reprobos praescitos, qui praedestinatis ad vitam opponuntur, vocant, ac si non praedestinati essent ut electi ad vitam.

Schl. «Der innere Missklang verschwindet, sobald wir uns das Uebergehen Einzelner nur als vorübergehend, nur als Zwischenzustand denken. So erscheint es als die nothwendige Naturform der göttlichen Thätigkeit. — Gegen Calvins *absolutum decretum* gilt: a) der im christlichen Gefühl zurückbleibende Missklang in der Voraussetzung, dass ein Theil des menschlichen Geschlechtes gänzlich von der Erlösung solle ausgeschlossen bleiben. b) Diese Ansicht lässt zwar denen, welchen die Gnade versagt wird, keinen Grund zur Beschwerde, wohl aber verstattet sie den Andern keinen ruhigen Genuss der Gnade, wegen des Mitgefühls. c) Soll sich die göttliche Gerechtigkeit offenbaren, so muss sie sich mit allen andern Eigenschaften Gottes, die ja unter sich nicht getrennt sind, an demselben Subjecte beweisen. d) Würde ein Theil der Menschen für immer von der Erlösung ausgeschlossen, so müsste man manichäisch die menschliche Natur spalten. e) Auch Christus würde sich nicht auf gleiche Weise zu Allen verhalten, sein eigenthümliches Geschäft wäre dann statt der Erlösung das Gericht.»

3) Die Gottheit fasst also das *decretum reprobationis* nicht um seiner selbst willen, d. h. nur um zu verdammen, sondern theils weil es nothwendig ist, die volle Gerechtigkeit kund zu thun, theils weil *electi ex gratia* nicht gewollt werden können, ohne dass *reprobi* mit gewollt, wollend zugelassen sind; wenigstens würden die *electi* sonst nicht erkennen, dass sie aus Gnaden erwählt sind.

Zw. IV. 115. — decreverat Pharaonis repudiationem et damnationem contumacia et perfidia ejus mundo patefacere — — quod dominus hujuscemodi exemplis audaciae et pervicaciae mundo et potentiam et justitiam suam ostendit. Quum obdurat, indubitatum est, quin non ob aliam causam hoc faciat, quam ut eos exempla justitiae mundo proponat.

Calv. l. l. Vasa irae dicuntur aptata ad interitum, vasa autem misericordiae deum praeparasse, quia hoc modo salutis laudem deo adscribit; perditionis culpam rejicit in eos, qui proprio arbitrio sibi accersunt. Sed ut illis concedam diversa loquendi forma Paulum asperitatem lenire prioris membri, minime tamen consentaneum est, praeparationem ad interitum alio transferre quam ad arcanum consilium dei. — Sequitur absconditum dei consilium obdurationis esse causam. xxii. 11. Ergo si non possumus rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam ita illi placet, neque etiam in aliis reprobandis aliud habebimus quam ejus voluntatem. Admonuntur homines nihil causae quaerere extra ejus voluntatem. xxiii. 2. Canes latrant, exitio devovere quos placuerit, tyranni magis libidini quam legitimi judicis sententiae convenire. Reputent quantae sit improbitatis, causas divinae voluntatis percontari. Quicquid vult, eo ipso quod vult, justum habendum est. Nam si ullam causam habet, aliquid eam antecedat oportet, cui veluti alligetur, quod nefas est imaginari. 3. Quid deum homini debere existiment? Qualiter vitiati sumus, non possumus non esse deo odiosi aequissimae justitiae ratione. Quod si judicio mortis obnoxii sunt omnes, — quos ad mortem praedestinat de qua obsecro ejus iniquitate erga se conquerantur? In se agnoscere coguntur damnationis causam.

Alst. 219. Finis summus reprobationis est gloria dei, ut apost. dicit, deum comparasse vasa irae ad interitum, ut notam faceret mundo et iram et potentiam. Ponitur autem in gloria justitiae peccatorum vindicta. Finis subalternus est salus electorum; nam deus ideo reprobavit plurimos, ut sic publicaret divitias gloriae suae erga vasa misericordiae. Ideo tam multos reprobavit, ut in electis exci-

taret reverentiam potentiae suae et declararet magnitudinem gratiae suae erga electos, eo quod et eos non reprobaverit, cum tamen potuerit. — Finis accidentarius est exitium reproborum, non per se, quatenus est exitium et malum quid, sed per accidens, quatenus est medium serviens illustrandae gloriae dei et adjuvandae saluti electorum.

H. Alting. 36. Finis reprobationis summus est dei reprobantis gloria, tum irae tum justitiae, tum potentiae et liberrimae potestatis. Subalternus respectu electorum, ut ex severitate in alios benignitatem dei erga se rectius agnoscant; respectu reproborum justa ipsorum damnatio propter peccata.

Scharp. 310. Finis reprob. ergo non est peccatum, quatenus est peccatum; nec praedestinavit ad malum quatenus est tale, denique non praedestinavit ad id quod ipse damnat, odit et punit. Nec finis est interitus reproborum, quia peccatum non est finis reprobationis, ergo nec interitus improborum, cujus causa est peccatum. Objicitur: salus electorum est finis electionis, ergo exitium reproborum est finis reprobationis. Respondeo: non est par ratio, salutis enim solus deus est causa, at exitium quatenus est exitium non est a deo.

4) Den Rathschluss der *reprobatio* zu lehren, oder gar die *reprobi* zu bezeichnen, muss man immer vorsichtiger und bedenklicher sein und ein unergründliches Geheimniss dabei anerkennen.

Zw. IV. 123. Damnationis signum est incredulitas; hi soli hac lege continentur, qui audierunt et non crediderunt; de aliis non possumus pronuntiare, quia de nonnullorum electione nobis constat. Sed qui fidei rationem exponi audivit et in perfidia perstat et moritur, hunc possumus fortasse inter miseros abjicere. Non debemus ante finem quemdam damnare. Nihil vetat, quominus inter gentes quoque deus sibi deligat qui revereantur ipsum; libera est enim electio. Malim Socratis, Senecae sortem eligere quam Pontificis Romani.

Calv. III. xxii. 11. Non possumus rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam ita illi placet; neque in aliis reprobandis aliud habebimus quam ejus voluntatem. — Eo admonentur homines nihil causae quaerere extra ejus voluntatem. xxiii. 4. Fateor in hanc conditionis (corruptae) miseriam dei voluntate decidisse universos filios Adae, atque id est quod principio dicebam, redeundum tandem semper esse ad solum divinae voluntatis arbitrium, cujus causa sit in ipso abscondita. Sed tu, quis es — —?

Muscul. 253. De reprobis ne cogitandum quidem existimo; apostolus vix uno et altero loco de iis mentionem facit.

Arnt. 32. Ardua et perdifficilis haec doctrina, ad verum Lydium lapidem examinanda sunt omnia.

Alst. 214. Disputatio de reprobatione est longe difficilior quam de electione, attamen in sacris fundata praedicanda.

Schleierm. «Sehen wir, dass Viele die erlösenden Wirkungen nicht erfahren, so können wir doch nur über ihr dermaliges Verhältniss zur Kirche urtheilen. Dass Viele berufen, Wenige auserwählt sind, ist für jede Zeit wahr; aber die jetzt nicht Erwählten können für später aufbewahrt sein.»

5) Dennoch herrscht die Vorstellung, dass die Zahl der Verworfenen sehr gross, die der Erwählten sehr klein sei, obgleich diese Vorstellung fast grausame, unnütze Härte in die Prädestination hineindenkt, indem alle Gründe, die man für dualistische Prädestination beibringt, nicht erklären, warum so Viele, ja die grosse Mehrheit zur Verdammnis bestimmt sei.

Calv. III. xxii. 7. In paucitate credentium apparet diversitas; non communis omnium est electio. Mundus ad suum creatorem non pertinet, nisi quod a maledictione, ira dei et morte aeterna non multos eripit gratia, mundum vero in suo interitu relinquit. xxiii. Quaero, unde factum est ut tot gentes una cum liberis eorum infantibus aeternae morti involverit lapsus Adae absque remedio, nisi quia deo ita visum est? Decretum quidem horribile fateor, inficiari tamen nemo poterit, quin praesciverit deus, quem exitum esset habiturus homo antequam ipsum conderet.

Can. Dord. I. 15. Scriptura testatur non omnes homines esse electos sed quosdam non electos s. praeteritos.

Scharp. 304. Si pauci tantum sunt electi, tum reliqui sunt reprobati, et enim sine reprobatione nulla cogitari quidem potest electio.

H. Alting. Syllab. Controv. 129. Scriptura aperte docet, non omnes, sed aliquos tantum esse electos.

Wendel. 184. Misericordia non universalis — sed ex perditis salvare aliquos ex omni gente.

V. Trotz der leichtsinnig oder böswillig vorkommenden Missdeutung und Missbräuche der Prädestinationslehre, ist es Pflicht, sie nicht zurückzuhalten, sondern angelegentlich und öffentlich zu lehren, aber mit Besonnenheit und Mässigung. Gesund aufgefasst stört sie unsere religiösen und sittlichen An-

strengungen nicht nur nicht, sondern giebt ihnen erst den rechten Halt und Schwung. Nur den noch Unerlösten fehlt das fromme Bewusstsein der Prädestination zum Heil, Erlöste und Gläubige aber wissen ihr Heil von Gott beschlossen, können zwar in dieser wie in jeder gläubigen Zuversicht freilich angefochten und selbst schwer erschüttert werden, aber dieselbe niemals völlig und bis zum Ende verlieren.

1) Die Prädestinationslehre als schriftgemässes und hochwichtiges Dogma muss öffentlich gelehrt werden, obwol Leichtsinn und Böswilligkeit sie missbrauchen und missdeuten kann.

Calv. III. xxi. 1. Non modo utilis hujus doctrinae sed etiam suavissimus quoque fructus se profert. Numquam liquido persuasi erimus salutem nostram ex fonte gratuitae misericordiae dei fluere, donec innotuerit nobis aeterna ejus electio, quae gratiam dei illustrat. — Hujus principii ignorantia quantum ex gloria dei imminuat, quantum verae humilitati detrahat, palam est. — Qui hoc exstinctum volunt, maligne obscurant, quod magnifice ac plenis buccis celebrandum erat. Qui fores occludunt, ne quis ad gustum hujus doctrinae accedat, non minorem hominibus quam deo faciunt injuriam. 3. Sunt qui omnem praedestinationis mentionem refugere docent. — Sed est scriptura schola spiritus si. in qua ut nihil praetermissum est scitu et necessarium et utile, sic nihil docetur nisi quod scire conducat. Quicquid ergo de praedestinatione in scriptura proditur, cavendum est, ne ab eo fideles arceamus. 4. Arripiunt, fateor, profani homines in hac materia quod vel carpant vel cavillentur. At si nos absterret eorum procacitas, celanda erunt praecipua quaeque fidei dogmata. — Nihil proferetur, quod non ludibriis suis impetant. 11. Non audaciam erigit, nam ex ipsa electione salutis studium oritur, testimonium electionis.

Beza. qu. I. 121. Si decretum est immutabile, quorsum sese fatigant homines? Ridicula sane objectio, quae praesupponit quod evenire numquam potest. Unde enim resipiscentia et ejus fructus? Certe a regenerante spiritu per fidem apprehensi; at solis electis fides datur, ergo electi soli resipiscunt et bonis operibus student. Reliqui ne cogitare quidem recte quidquam volunt, nam rectum velle est a dei gratia. Ergo vana etiam eorum vox, qui se servatum iri dicunt, si electi fuerint, cuicumque se vitae dedunt. Nam qui filii dei sunt, spiritu dei aguntur, itaque perire non possunt electi, — 122. Sed

perire tamen exitio destinatos necesse est? Concedo sed quia peccatores, quod os concludit.

Pet. Mart. 230. Eo dirigatur omnis haec doctrina, ut qui sunt Chi. ne suis viribus fidant sed deo, in deo glorientur non in se ipsis.

Hyper. 182. Cognitio de praedest. gloriam dei illustrat, conscientias consolat, sed periculosa est tractatio.

Aret. 39. Finis ultimus est gloria dei, manifestatio misericordiae, respectu nostri finis est vita aeterna, media finis sunt bona opera, vitae sanctimonia.

Alst. 176. Haec doctrina spectat gloriam solius dei et compellit nos ad curam salutis.

Scharp. 241. Duplex est error circa doctrinam de praed. 1) eorum qui — inquirunt supra id quod scriptum est, 2) eorum qui hanc doctrinam populo dei proponendam non esse volunt.

2) Aber sie muss besonnen und genau nur innerhalb der Schriftlehre vorgetragen werden, ohne Anmassung die Verworfenen zu kennen oder den ganzen Inhalt des Rathschlusses zu ergründen.

III. Die Ständelehre, dem reform. System nicht gerade wesentlich, kann auch ganz übergangen werden; von den durch sie eingerahmten Punkten des gottmenschlichen Lebensverlaufs aber sind einige so wichtig, um die reformirte Christusidee darzustellen, dass jedenfalls von ihnen die Rede sein muss. Namentlich die beim Erlösungswerk dann nicht vorkommenden

Punkte, wie das Hinabfahren zur Hölle, sind eigenthümlich bestimmt worden.

1) Der Artikel von dem *descensus Chi. ad inferos* ist apokryphisch ins Symbol gekommen, sei es als Paraphrase und nähere Bestimmung des »begraben worden,« oder um sonst wie das wahre Gestorbensein Christi zu bezeichnen; sei es dass es von Anfang an nur symbolisch verstanden ward vom Sichversenken der Seele Chi. in das Gefühl der Sündenschuld unsers Geschlechtes.

Zw. IV. 49. Mortuus et sepultus ni esset, quis verum hominem crederet. Hinc est ut patres apostolici adjecerint: descendit ad inferos, qua locutione usi sunt vice periphraseos, qua et veram mortem significarent. Inferis enim connumerari ex humanis abiisse est; et virtutem redemtionis ejus ad inferos quoque pervenisse. Quod Petrus innuit quum dicit: mortuis h. e. inferis eis, qui exemplo Noachi a condito mundo crediderunt dei monitis, quum impii contemnerent, praedicatum esse evangelium.

Zürcher Katechism. von Leo Jud. Ausg. v. J. C. Grob. Zürich 1830. 92. »Es meinen etliche, dass dieser Artikel vor Zeiten nicht im Bekenntniss gewesen, aber da irrige Leute die Wahrheit des Leibes Christi und seinen wahren Tod haben läugnen wollen, hinzugesetzt worden.«

Calv. II. xvi. 8. Quanquam ex veterum scriptis particulam quae legitur in symbolo apparet non adeo fuisse olim in ecclesiis usitatam, — tamen locum ei dare necesse est, utpote quae rei maxime utile mysterium continet. Sunt quidem et ex veteribus nonnulli qui eam non praetermittant. Unde conjicere licet, post aliquantum temporis insertam, non protinus sed sensim ecclesiis insuevisse. Id certum, ex communi piorum omnium sensu fuisse desumptam; quando nemo est patrum qui non descensum Chi. commemoret, tametsi interpretatione diversa. — Sunt rursum qui opinentur, non aliquid novum hic dici, sed aliis verbis repeti quod prius de sepultura dictum fuerat, quandoquidem inferni vocabulum saepius in scripturis pro sepulcro ponatur. Quod verum esse concedo de verbo; — sed quantae oscitantiae fuisset, rem minime difficilem verbis expeditis et claris demonstratam, obscuriore deinde verborum complexu indicare magis quam declarare. — Deinde non est verisimile irrepere potuisse superfluam ejusmodi battologiam in compendium hoc, ubi summatim quam fieri potest paucissimis verbis praecipua fidei capita notantur.

Arrt. 90. Alii, nihil aliud quam sepultura — — sed hoc loco non id significat Scheol, symb. ap. non iterat eandem sententiam. Alii tollunt haec verba e symbolo, quibus eo difficilius est contradicere, quod graves habeant autores suae sententiae. Nicenae fidei expositio apud Athanasium non habet illam particulam, in Niceno ipso insunt, non tamen apud Eusebium; 92. Tertull. inter alia haec verba omittit, tamen ecclesiae consensus retinet, ergo et nos.

Wend. 717. De descensu articulus olim in patrum et conciliorum veterum symbolis plerisque non existit.

Ryss. I. 400. An ab initio in symb. apost. fuerit, dubitatur, siquidem ejus nulla mentio fit in symb. Niceno et Romano, et veteres, quales sunt Irenaeus, Origenes, Tertull. August. de eo silent, et refertur tantum a Rufino circa finem seculi IV. Habetur quidem hic articulus in symb. Athanasii, sed omisso articulo sepulturae, indicio non obscuro, pro uno eodemque sumtos esse. Ita verisimile est, ex symb. Athan. in symb. apost. translatum esse et primo forte in margine appositum explicationis gratia, deinde in textum. שְׁאוֹל ἅδης, 1) pro sepulcro Ps. 16. 10, 2) pro loco damnatorum Luc. 16. 23, 3) pro maximis cruciatibus Ps. 16. 6, 4) pro extrema humiliatione Jesaj. 14. 15. Hinc descendere ad inferos 1) sepeliri Genes. 42. 38. 2) descendere in locum damnatorum Num. 16. 33. 3) dolores infernales sentire 1 Sam. 2. 6. 4) extreme humiliari Matth. 11. 23. — Verisimile non est, hunc articulum idem esse cum sepultura, quia esset ταυτολογία vix ferenda in tam brevi symbolo et exegesis sepulturae obscurior quam ipsa.

2) Da es auch für die vor Christus abgeschiedenen Seelen vermöge der Erwählungslehre keinen Mittelzustand, sondern nur Seligkeit oder Verdammniss giebt, ein mittlerer, als Kerker gedachter Aufenthaltsort oder Zustand *(limbus patrum)* aber eine Fabel ist: so muss verneint werden, dass Christi Seele an jenen Ort hinuntergegangen, um dort ein angeblich noch unentschiedenes Loos der Seelen zur Entscheidung zu bringen. Die petrinische Stelle hat nicht diesen Sinn, und jedenfalls ist Christus nicht local, sondern im Geiste und in seiner Kraft den Abgeschiedenen gegenwärtig geworden.

Zw. III. 290. Nescit scriptura ignem istum purgatorium (Vgl. unten die Eschatologie.)

Katech. v. Leo Jud a. a. O. »Die Lateiner verstehen durch das Wörtlein (inferos) nicht alleweg die Hölle und Ort der Verdammten,

sondern den Stand nach diesem Leben, er sei gut oder böse. Also wäre Ch. nicht in die peinliche Hölle gefahren, die Verdammten zu erlösen, sondern die allein, welche gläubig und hoffend gestorben, mit Kundschaft seiner Zukunft zu erfreuen: dass also Petrus meint, im Geist habe Ch. das Evangelium, die Kraft seines Wirkens ihnen verkündet. Die Verdammten habens auch vernommen ohne Zweifel, aber zu mehrern Leiden.«

Calv. L. I. 9. Alii interpretantur quod Ch. descenderit ad animas patrum qui sub lege mortui erant, ut nuntium peractae redemtionis perferret ac erueret eas ex carcere, ubi inclusae tenebantur; et huc perperam trahunt Ps. 107. 16. Zachar. 9. 11. — cui loco affingunt nomen limbi, sed haec — est fabula. Libenter fateor, Ch. illis illuxisse virtute sui spiritus, ut gratiam, quam spe gustaverant, fuisse tunc exhibitam agnoscerent. Et probabili ratione huc aptari potest, 1 Petr. III. 19. ubi dicit, Chum. venisse ac praedicasse spiritibus qui in specula erant (carcerem vertunt communiter); nam et contextus eo nos ducit, fideles, qui ante id tempus defuncti fuerant, consortes fuisse ejusdem nobiscum gratiae, quia vim mortis inde amplificat quod ad mortuos usque penetraverit, dum piae animae ejus visitationis, quam exspectaverant, praesenti aspectu sunt potitae, contra reprobis clarius patuit, se excludi ab omni salute. Quod autem Petrus non tam distincte loquitur, non ita accipiendum, quasi nullo discrimine pios simul et impios permisceat, sed docere vult communem utrisque fuisse mortis Chi. sensum.

Aret. 89. Descensus ad inf. varia est interpretatio. Augustinus fatetur ignorantiam suam, tamen Ch. secundum animam apud inferos fuit, secundum corpus in sepulcro. Lutherus dubitat de Petri loco. — 90. De limbo nihil dicendum, cum patres non damnati fuerunt sed in sinu Abraham. Chum. corpore et animo ad inferos descendisse ibique iis relictis sola divinitate coelum ascendisse, ab ecclesia damnatum est. Alii ad inferos descendisse etiam corpore et omnes incredulos ibi liberasse, — August. inter haereses recenset. In ecclesia etiamnum variant sententiae. Vulgatissima, Chum. descendisse, ad limbum quemdam, in quo patres ab Adamo usque ad Chi. mortem omnes siut collecti. Sed quid est limbus? nullus est apud inferos. — 94. Limbum patrum vocant inferni partem superiorem, in qua detenti fuerint patres salvandi usque ad mortem Chi., sinus Abraham. 95. Quidam duplicem limbum, patrum et infantium, sed nulla expressa scripturae testimonia de limbo; duo tantum receptacula, bonorum vita aeterna, coelum, paradisus, sinus Abrah. — et tartarus. Piorum animi statim in coelum abeunt.

Wollen. 132. Fabulosa plane et ridicula est Pontif. narratio de locali Chi. in limbum patrum descensu et eorundem liberatione, cui non multum dissimilis sententia, Chum. in infernum ingressum esse, ut illic tamquam victor triumpharet. Localiter descendere non potuit, quia deitate est ubique, animam in manus patris commendavit, corpus in sepulcro reconditum erat. 1 Petr. est de praedicatione ante diluvium per Noachum spiritu Chi. instructum.

Wend. 717. Chum. anima sua proprie descendisse ad inferos, vel ut ibi cruciatus infernales sustineret, vel ut triumphum de morte devicta auspicaretur, repudiamus, quia evang. testatur, animam Chi. ipso illo die, quo a corpore fuit separata, coelum migrasse. Nec est primus exaltationis sed ultimus humiliationis gradus.

Ryss. I. 400. Alii — descensum localem in locum damnatorum, quod volunt Pontif. et Lutherani.

3) Die orthodox gewordene Erklärung bezieht den Ausdruck entweder aufs begraben und vollständig gestorben sein, so dass die Seele vom Leibe getrennt war; oder noch lieber auf die äussersten geistigen Qualen, welche Christus an seiner (abgeschiedenen?) Seele unsrer Sünde wegen ausgestanden.

Zw. L. l. — qua veram mortem significarent.

Katech. v. Leo Jud 93. »Er ist gestorben und vergraben, ja zur Hölle gefahren, d. i. er ist wahrlich gestorben — (vrgl. oben.) Dieser Sinn, meine ich, sei gemäss der Schrift, lasse aber jeden Gläubigen urtheilen und ob er Besseres fürbringt, will ichs annehmen.«

Calv. L. l. 10. Certior, seposita ratione symboli expositio quaerenda est, plena consolationis. Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Ch., sed — ut divinae ultionis severitatem sentiret, quo et irae ipsius intercederet et satisfaceret justo judicio. Unde oportuit cum inferorum copiis aeternaeque mortis horrore luctari; ergo si ad inferos descendisse dicitur, nihil mirum, quum eam mortem pertulerit, quae sceleratis ab irato deo infligitur. Frivola et ridicula est objectio eorum, qui dicunt, hoc modo perverti ordinem in symbolo. Ubi enim quae in hominum conspectu passus est Ch. exposita fuerunt, oportune subjicitur invisibile illud judicium, quod coram deo sustinuit, ut sciamus non modo corpus Chi. in pretium redemtionis fuisse traditum, sed aliud majus pretium fuisse, quod diros in anima cruciatus damnati ac perditi hominis pertulerit.

Bull. 75. Confitemur Chum. descendisse ad inferos, non solum quia vere mortuus est et ejus anima a corpore separata recepta est in sinum Abrahae h. e. in consortium omnium sanctorum patrum qui

jam e vivis excesserant, sed ideo etiam, quod ipsius mors ac passio satis efficax est ad redemtionem omnium sanctorum patrum.

Arst. 92. Recta sententia — de ira divina, ergo poenas subiit irati patris pro omnibus. Sed quando? fortasse jam in horto? falso, sed postquam tradidisset spiritum patri, nam in symbolo hic ordo servatur. 93. Descendit spiritu, ut ex Petro constat. »Hodie in paradiso eris« nihil obest; ibi erat secundum divinitatem, (!) in sepulcro secundum corpus, apud inferos secundum spiritum, anima in manu patris semper erat, etiam si descendit ad inf.

Wend. 719. Per descensum nihil aliud significari nisi sepulturam — pii et docti viri nonnulli approbant. Plerique orthodoxorum intelligunt dolores infernales, quos in anima sua Ch. sensit.

Rvss. I. 400. Inter orthodoxos quoque diversae sunt sententiae, dum alii ad spirituales angores et cruciatus gehennales, quos sustinuit, referunt; alii ad sepulturam et triduanam ejus in sepulcro detentionem pertinere contendunt, (quod verisimilius), ideo non ad sepulturam praecise, sed ad statum mortis seu detentionem ejus in sepulcro sub dominio mortis.

IV. Aus gleichem Grunde ist noch hervorzuheben der Artikel von der Himmelfahrt und dem Sitzen zur Rechten des Vaters, weil sich in diesen Lehren wiederum die Eigenthümlichkeit der reformirten Christologie ausgedrückt hat. Da nämlich Christus gerade nach seiner menschlichen Natur in den Himmel gefahren und zur Rechten des Vaters sich gesetzt hätte, die menschliche Natur aber auch in solch himmlischer Verklärung endlich bleibt: so muss gegen ihre Allgegenwart protestirt werden, mag auch der Begriff einer endlichen, einzeln und bestimmt bleibenden Natur schwer zu halten sein, wenn nicht die Kategorie von Oertlichkeit und Raum in den Himmel hinüber gedacht wird.

1) Auch die Himmelfahrt und Erhebung zur Rechten Gottes, welche Christo gerade nach seiner menschlichen Natur zugeschrieben wird, ist so zu lehren, wie es aus der Verneinung der lutherischen *communicatio idiomatum* folgt, jedenfalls analog mit unsrer eigenen Zukunft.

Zw. IV. 50. Quod Ch. noster coelos subiit et ad patris dexteram consedit, promittit, et nos, qui protinus ut morimur illic subvolamus, aliquando esse etiam cum corpore isthic aeternis fruituros deliciis.

51. Domini corpus istud, quo et hic passus est, nunc in coelis ad dexteram patris sedet. Modi qui nostro corpori adsunt, Chi. quoque corpori adsunt, et quicquid in Chi. corpore est, quod ad corporis modum pertinet, nostrorum etiam est corporum. 52. Ascendit ad coelos aeque ad humanitatem principaliter refertur, quum tamen sine divinitate non sit lata humanitas; sed illa ferebat, haec ferebatur.

Zw. (bei Hagenb. Dogm. Gesch. 3. S. 187). »Christi wahrhaft menschlicher Leib ist mit seiner vernünftigen menschlichen Seele nicht vergottet, d. i. in Gott verwandelt, sondern allein verklärt. Dadurch wird das Wesen des Leibes nicht vertilgt.«

Conf. Helv. II. xi. Non docemus, veritatem corporis Chi. a clarificatione desiisse aut deificatam esse adeoque — sic, ut suas proprietates — deposuerit ac prorsus in naturam div. abierit unaque duntaxat substantia esse coeperit.

Bull. 75. Ut certo sciremus, per Ch. vitam aeternam nobis partam et reclusam esse, Ch. coelos ascendit, et sedet ad dextr. p. ut sciremus, nos quoque in coeli possessionem esse restitutos.

Calv. II. xvi. 14. Ut corpus supra omnes coelos elevatum est, ita virtus et efficacia ultra omnes coeli ac terrae fines diffusa. Non est hic, ibi enim sedet (corpus). 15. Quando in carne nostra eo ingressus est, inde sequitur, nos quodammodo in coelestibus jam ipso considere.

Aret. 109. Ascensio domini est triumphus victoriae paratae. 110. Ascendent et fidelium corpora. Ch. et humana sua natura in coelis est. Testatur ascensione, Chi. opus liberationis esse perfectum.

Zanch. 546. Sedet ad dextram patris sic intelligunt, ut Ch. secundum hum. nat. acceperit a deo patre majestatem, potestatem, ubiquitatem supra omnia, non creatitiam sed eandem quam et pater habet, quod negamus realiter communicatum esse humanae naturae. Ubiquitati repugnat nomen coeli, (!) gloria enim et majestas atque potentia ipsa dei non in coelo tantum est, sed ubique. Ch. quatenus homo ad dextram patris sedere legitur in coelo tantum et in excelsis, quae nomina locorum sunt. 549. Hic articulus nihil pertinet ad realem idiomatum communicationem, quae ut ipsi (Luth.) ajunt, consecuta est unionem hypostaticam. Haec unio facta est in incarnationis momento, sessio autem non nisi post mortem. 553. Summa: hac sessione significari Chum. qua homo est, peracta in terris — purgatione, supra omnes creaturas fuisse collocatum, ut esset in mundi atque ecclesiae gubernatione vicarius patris, collega atque collateralis; 556. inferior patre, superior angelis.

nuinam symboli apost. de ascensione Chi. hanc esse interpretationem? Majora tormenta numquam passa est scriptura.

Mares. 126. Nec sessio ad dextr. p. ad ubiquitatem pertinet, sed per eam summa ejus gloria significatur; metaphora desumta a regibus, qui ad dextram suam collocant eos, quos summo honore secundum se afficiunt.

Ryss. I. 413. Qui inter Lutheranos ubiquitatem corporis Chi. certare cum ascensione vident, fingunt Chum. non vere ac proprie sed figurate ascendisse, visibilem suam praesentiam subducendo; coelum, in quem ascendit, non esse locum quemdam corporeum, sed beatitudinem et regnum dei. Nos Chum. localiter vere ascendisse.

4) Dieselbe Ansicht von Christi Leiblichkeit wird ausgesprochen auch bei den übrigen Stationen der *exaltatio*.

Wend. 727. Inter nos et Lutheranos quaeritur, an Ch. in resurrectione lapidem sepulcro impositum corpore suo penetrarit. Negativam amplectimur contra Luth. Quia Ch. verum, terminatum, membris humanis discretum omnibusque dimensionibus praeditum corpus e sepulcro secum extulit. Atqui contra corporis hujusmodi naturam est penetratio corporis alterius. 728. Neque verum est, Chum. ad discipulos ingressurum clausas fores penetrasse. Dicitur ingressus θυρῶν κεκλεισμένων, non διὰ θυρῶν κεκλ. — Sed oralis manducatio fulcris hujusmodi opus habet, quae corpus requirit inpalpabile, invisibile, indivisibile, infinitum, h. e. non corpus. 729. Cicatrices quoque e sepultura Chum. extulisse et in judicio ultimo ostensurum affirmant Pontif. et Calvinum id negantem graviter exagitant. E sepulcro cicatrices extulisse negari non potest, siquidem Thomae eas tangendas exhibuit. An vero in coelum secum intulerit, incertum est.

Kritik. Mit Recht sagt Schneckenburger, die auch von Schleiermacher übergangene Ständelehre sei den Reformirten nicht wesentlich, mehr nur beibehalten als Einrahmung der Lebensstationen und für die Polemik gegen die lutherische Christologie. Dass die Höllenfahrt jedenfalls zum Stand der Erniedrigung als deren letzter und tiefster Grad gerechnet wird, stimmt offenbar mit dem Eindruck überein, welchen das apost. Symbolum auf jeden Unbefangenen machen muss. Ebenso muss jeder Unbefangene zugeben, dass für die Bibelansicht des Reformations- und orthodoxen Zeitalters wirklich eine locale Himmelfahrt zu lehren ist, die ein Localbleiben der leiblichen Natur

Christi im Himmel bis zur localen Wiederkunft voraussetzt. Die Transcendenz des Himmels war ja selbst local vorgestellt, und damit hängt die Herstellung und Fortdauer der menschlichen Leiber zusammen. Der lutherische Spott über den local zur Rechten Gottes sitzenden Gottmenschen ist bei den gemeinsamen Lehrvoraussetzungen keineswegs consequent; auch verdienen die Reformirten nur Lob, wenn sie die Analogie Christi und der andern bescligten Menschen auch für die Leibesfortdauer festhalten. Ohne Zweifel sagen sie mit Recht, der Leib, wie die Lutheraner ihn Christo im Himmel zuschreiben, sei gar kein Leib und wenn man diesen im Abendmahl zu essen bekomme, so empfange man also doch auch keinen Leib. Auch dass der verklärte Leib nicht substanziell, sondern accidentiell vom irdischen verschieden sei, ist mit Grund behauptet; aber dass das Fleisch, Blut und Knochen zum Substanziellen, auch in dem Himmel bleibenden gehöre, reimt sich schwerlich mit dem paulinischen Kanon, Verwesliches könne die Unverweslichkeit nicht anziehen. Darum wäre es richtiger gewesen, Fleisch und Blut im Himmel nicht materieller vorzustellen als es nöthig ist zum Abendmahl. Die Uebertreibung ist aber auch kein nothwendiges Lehrelement, sondern dient nur, so schroff und unbequem sie ausfiel, dem Eifer der Reformirten, vor Allem aus Christi wahres Menschsein und mit uns zu Einer Gattung gehören recht festzuhalten. Ausdrücklich heisst es ja: so wie einst unsere Leiber, so sei Christi Leib im Himmel, während die Lutheraner diese Analogie verwarfen. Von der ältern Zeit steht nicht zu erwarten, dass sie von der Bibel aus die einzelnen Bestandtheile der Bibel selbst kritisire, und untersuche, ob und wie sich die Himmelfahrt bei Lucas mit der paulinischen Lehre von den himmlischen Körpern vereinigen lasse. Macht schon der Leib Christi im Himmel solche Schwierigkeiten, so müssen wir froh sein, dass versäumt wurde, die menschliche Seele Christi auch im Himmel noch in ihrer Besonderheit neben dem Logos eben so ausführlich darzustellen; denn an dieser Aufgabe würde doch wohl die unbequeme Formel: »zwei Naturen in Einer Person, somit theils menschlicher Leib und menschliche Seele mit endlichem Wissen, theils allwissende göttliche Natur«, — vollends

gescheitert sein; dass Christus sich in Form einer *occultatio* der göttlichen Idiome entäussere und enthalte, dieses Noth-Gegengewicht gegen das Unbequeme jener Formel, würde im Himmel schwerlich angehen; fällt es aber weg, so ist die menschliche Seele mit weg und in das göttliche Wesen aufgegangen. Hätte man nur, da doch die Gotteslehre selbst bloss abbildlich sein sollte, dieses ebenso angelegentlich von der Lehre über die Art und Weise, wie Christus und die Seligen im Himmel sind, geltend gemacht und sich weniger in eine ontologische Lehre vom verklärten Gottmenschen eingelassen; man meinte aber, diese transcendente Leibeslehre sei nicht *speculatio frigida*, sondern wichtig für unsern Abendmahlsgenuss. Und eben weil hier doch nur der Leib, nicht auch die Seele Christi dem Genuss verheissen schien, konnte man sich die transcendente Seelenlehre ersparen. Ganz consequent mussten die Reformirten, je klarer sie Christo einen Leib zuschrieben, der wirklich ein Leib wäre, dessen reale Gegenwart und Verspeisung im Abendmahl perhorresciren; die Lutheraner aber, je mehr sie Christi Leib doch eigentlich als ein vergottetes, körperloses Etwas sich vorstellten, konnten, um ja den ganzen Christus im Abendmahl gegenwärtig zu haben, eifrig auf dem realen Genuss solchen Leibes bestehen. In Wahrheit möchte CALVINS geistiges Essen Christi wenig anderes sein; nur dass es bei letzterer Vorstellungsweise klar sein musste, bloss Gläubige könnten diesen Genuss finden.

2. Das Werk des Sohnes
oder
die Lehre von der Erlösung.

§. 92. Der gottmenschlichen Würde der Person Christi entspricht sein Mittleramt und Erlösungswerk, welches die ewigen Rathschlüsse des göttlichen Erbarmens ausführt. Die Mittler-Thätigkeiten, die vor der Incarnation vom Logos ausgeübte Mittlung vollendend, gehen von der gottmenschlichen Person aus, so dass die Thätigkeiten beider Naturen zusammenwirken, ohne aber unter sich vermischt zu sein; d. h. von der *communicatio apotelesmatum* ist paralell zu lehren, wie von der *communicatio idiomatum*.

Wie in der Gotteslehre, so in der Christologie sind Person und Werk einander entsprechend. Giebt es vor der Incarnation ein *praeludium incarnationis:* so giebt es auch vor dem historischen Mittlerwerk Christi Analogien und Anfänge desselben; ist Christus schon als Logos präexistirend und von Anfang der Welt an Vermittler der göttlichen Gnade: so ist damit auch das Mittleramt schon präexistirend und von Anfang der Welt an sich bethätigend; daher wird das ökonomische Mittleramt Christi auf eine ontologische Logosmittlung zwischen dem Schöpfer und allen Geschöpfen zurückgeführt, indem namentlich die Rede ist von Christus als Mittler auch für die Engel, welche doch nicht erst erlöst werden müssen. Das erlösende Mittleramt aber kommt einzig dem Logos zu und seit oder wegen der Incarnation einzig Christo als dem Theanthropos, neben welchem weder Engel, noch menschliche Autoritäten, Heilige oder Selige, concurriren; denn alle diese sind bloss kreatürlich, die Menschen nicht göttlich, die Engel auch nicht menschlich. Zum wahren Mittlergeschäft ist nur der Gottmensch geeignet, daher denn beide Begriffe einander wechselseitig postuliren und bestimmen. Die eigentlich mittlerischen, erlösenden Handlungen Christi sind deswegen diejenigen, welche vom Gottmenschen als solchem ausgehen, an welchen somit beide Naturen oder Formen Antheil haben, während Handlungen, die entweder nur von der göttlichen oder nur von der menschlichen Natur ausgehen würden, nicht mittlerische sind. Sind doch selbst die erlösenden Vorwirkungen des *Christus incarnandus* nur darum mittlerische, weil sie als *praeludium incarnationis* auftreten, d. h. als die Tendenz des Logos, sich zu einigen mit (prophetisch ausgerüsteten) menschlichen Naturen oder Personen, immerhin also weil sie Bethätigung sind des gottmenschlichen Princips. Das Subject der mittlerischen Funktionen ist also die Persönlichkeit Christi, in welcher das Göttliche und Menschliche einander durchdringen. Da sich dabei das Menschliche (wie bei der Incarnation) passiv, das Göttliche activ verhält: so scheint nur letzteres das Impuls gebende Subject zu sein. Allerdings, ohne den ewigen Impuls des Logos, sich zur Erlösung liebend herbeizulassen, konnte der zeitliche Impuls nicht vorhanden sein;

dennoch ist nicht der Logos als solcher das handelnde Subject, sondern der Logos, wie er Fleisch geworden in menschlicher Art und Weise lebt und sich ausprägt, somit die Jesu Person constituirende erlösende Liebe. Von hier aus ist darum gesagt worden, der Gottmensch verrichte das Mittlergeschäft nach seiner menschlichen Natur. Diese sei es, welche das Gesetz gehorsam erfülle, leide, sterbe, aber mittelnd und uns zu gut kommend seien diese Functionen nur darum, weil in dieser menschlichen Natur der Logos sei, somit die Gesinnung erlösender Liebe. Genug, das einen Menschen beseelende Logosleben Gottes, oder der den Logos stetig in sich erlebende Mensch ist es, welcher mittelt. Sein Mittleramt wird gewöhnlich in das prophetische, hohenpriesterliche und königliche zerlegt, damit anschaulich werde, wie alles, was es in der a. t. Theokratie an Gott vertretenden Würden gab, von Christo zusammen umfasst und zugleich vollendet dargestellt werde. Sonst würde das historische Mittlerleben Christi seiner zweiseitigen Persönlichkeit gemäss natürlicher nur nach zwei Seiten ausgeführt, welche Lehrtendenz sich darin kund giebt, dass doch eigentlich, was man das königliche Amt nennt, den andern nicht recht coordinirt wird, somit eine andere Stellung sucht.

Darlegung.

I. Der Würde des Gottmenschen entspricht genau sein Mittlergeschäft, so dass jeder auf der einen Seite aufgestellte Satz sein Entsprechendes auf der andern Seite dogmatisch erzeugt. Wie der Gottmensch die Idee des Logos, so setzt der erlösende Mittler die Idee einer schon ontologischen Mittlerschaft zwischen Schöpfer und Geschöpf voraus und kann nicht verständlich sein, ohne diesen Hintergrund.

1) Der Lehre von der Person Christi als des Gottmenschen entspricht die Lehre von seinem Mittleramt und Geschäft als eines gottmenschlichen.

Pet. Mart. 320. Chi. persona est una, opus unum, etsi duas naturas habet.

Zanch. 598. Ex naturarum divinae et humanae in una persona unitione hoc quoque profectum est, ut λόγος, sicut manens deus

factus est homo, sic nullam sui mutationem accipiens factus sit perfectus mediator dei et hominum; ac proinde sicut unitae simul ac distinctae sunt naturae et proprietates in una persona, sic etiam distinctae earum actiones ad eadem redemtionis ἀποτελέσματα perficienda communionem inter se habuerunt atque habent unitaeque sine ulla confusione concurrunt.

Alst. 523. Mediatio substantialis (= unio personalis) est qua Ch. duas illas naturas copulavit, atque ita medius est factus inter deum et homines. Mediatio actualis s. operativa cernitur in operationibus e substantiali mediatione promanantibus. 524. Officium Chi. nihil aliud est, quam actus excellentissimae mediationis.

A Diest. 205. Officium Chi. succedit, est actio mediatoria, quam Ch. θεάνθρωπος inter homines et deum peragit, ad hoc a patre missus et sp. so. unctus vocatur et Messias.

2) Wie es neben der Betrachtung Christi κατ' οἰκονομίαν d. h. als des erlösenden Gottmenschen eine Betrachtung Christi giebt κατὰ θεολογίαν: so kann auch das Mittlersein nicht bloss ökonomisch erlösend, sondern auch ontologisch-trinitarisch betrachtet werden (Schneckenb. a. a. O. 235.), indem der Logos oder Sohn Mittler ist zwischen Schöpfer und Geschöpf (Welt, Engel, Menschen) ganz überhaupt und abgesehen von der Erlösung. §. 41. VI. 3. §. 76. III. 3.

Calv. II. xii. 1. Angeli opus habebant capite, per cujus nexum solide et indistracte deo suo cohaererent. — Quamvis ab omni labe integer stetisset homo, humilior tamen erat ejus conditio, quam ut sine mediatore ad deum penetraret.

Aret. 62. Τό καθῆκον Chi. est munus a deo patre ei ab aeterno injunctum, quod in et pro genere humano subiret. Loquitur de munere Messiae incarnati; nam alia est filii dei conditio, quatenus ab aeterno est aeternus et coaequalis patri, nec illuc pertinet nomen Messiae.

Alst. 469. Personae Chi. consideratio est vel κατὰ θεολογίαν, fit ratione essentiae τοῦ λόγου; vel κατ' οἰκονομίαν, qua est θεάνθρωπος vel ἀνθρωπόθεος. 477. Potestas secundum essentiam est omnipotentia, secundum officium vel οἰκονομίαν est ἐξουσία mediatoris; illa Cho. non est data, haec est data. — 185. Angeli electi sunt in Cho. tamquam mediatore suo, sed vox mediatoris hic latius patet quam redemtoris, liberatoris et reconciliatoris. Mediator angelorum et hominum est solus Ch.; idem insuper est redemtor cet. ho-

minum, non vero angelorum. Mediator (latius) est qui medius intervenit inter deum et electos — —.

Wendel. 587. Angeli (boni) non opus habuerunt mediatore. 702. Si in Cho. electi dicerentur, tamen non in eo tamquam mediatore. Eorum caput est Ch. at non jure redemtionis sed creationis et conservationis. Ita et hominibus mediatore non fuisset opus, si in integritate perstitissent, quamvis conservatio haec sine Cho. vel dei filio non obtigisset.

Marss. 128. Cum angeli boni nec peccarint nec reconciliandi deo fuerint, eorum mediator Ch. nulla ratione dici potest, nec enim assumsit angelos.

Ryss. I. 139. Omnes consentiunt, angelos non esse electos in Cho. redemtore; quidam tamen volunt, Chum. posse dici angelorum mediatorem, non quidem redemtionis sed praeservationis et confirmationis. — Sed quamvis confirmationis gratia illis per λόγον obtigerit, a quo ut entitatem ita et conservationem acceperunt, tamen minus recte Ch. eorum mediator dicitur.

3) Wie ferner Christus schon als *incarnandus* existirt: so wirkt er auch als erlösender Mittler schon vor der Incarnation, immer nur im (vorübergehenden) Sicheinigen mit einem menschlichen Bewusstsein und Impuls, folglich gottmenschlich.

Zanch. 400. Notandum est, filium dei ante etiam assumtam carnem semper fuisse mediatorem et multa mediatoris officia jam inde a condito orbe fecisse; sed non fuisse perfectum et absolutum mediatorem, nisi postquam factus est homo. Collegit enim ecclesiam verbo et spiritu, verbo aut per se, aut per angelos aut per prophetas praedicato, spiritu vero per se electis communicato, quare »Ch. heri et hodie idem et semper,« et »nemo patrem vidit nisi per hunc.«

Wandel. 698. Est verus et idoneus inter deum et hominem mediator non tantum qui actu θεάνθρωπος est, — sed et qui unam nempe divinam actu habet (naturam) et alteram nempe humanam suo tempore demum habiturus et assumturus est. Unde — non minus fideles V. Ti. fuerunt servati — —.

Heidegg. M. II. 55. Officium mediatoris Chi. commune est omni statui ecclesiae post peccatum, sed diversimode ante et post ejus incarnationem illud administravit. Ante tum futuro merito tum efficacia meriti semper praesente, utpote per quam et propter quam etiam patres redemti sunt. Meritum enim est in genere causarum moralium, quarum ea vis est, ut effectum producant, antequam actu existant.

(Barmherzige Liebe als Gesinnung wirkt schon ehe sie im Aufopferungstode Christi kund wird.)

4) Darum ist dieser *Christus incarnandus et incarnatus* der einzige Mittler, welcher zwar Andere als Organe unter sich, nicht aber als Gehülfen neben sich haben kann, wie die Papisten meinen.

Wendel. 699. Solus Ch. est mediator noster — quia solus est unigenitus dei filius. — Papicolae etiamsi Chum. solum agnoscunt mediatorem redemtionis, tamen angelos et homines sanctos defunctos quoque tamquam mediatores intercessionis implorant, quasi sufficiat quidem Ch. ad redemtionem, non autem ad intercessionem.

Ryss. I. 346. An praeter Chum. plures veri mediatores sint? Nego contra Pontif. qui ut commentum suum de invocatione sanctorum fortius stabiliant, pertendunt, sanctos defunctos apud deum fungi officio mediatorum et intercessorum pro viventibus, nec tantum precibus sed et meritis suis conciliare nobis favorem dei. 349. Moses fuit mediator sed typicus tantum, Ch. solus erat homo et deus. 348. Sancti in coelum admissi communionem quidem habent cum viventibus, quatenus sunt ejusdem corporis mystici membra. Sed non datur propterea officiorum communicatio, cum nec illi necessitatibus nostris intersint, nec preces nostras audire possint, nec ullam habeant amplius cum illis commercium. Orant pro nobis, sed non quicunque orat deum pro nobis, is statim est mediator apud deum, alias tot haberemus mediatores quot fratres. Is solus mediator est, qui orat ex vi meritorum suorum. Aliud est orare pro ecclesia in genere aliud pro singulis. Quamvis sancti orant pro ecclesia militante, non sequitur orare pro singulis, quorum necessitates non norunt.

II. Was immer unter dem erlösenden Mittleramt verstanden werde, jedenfalls tritt es auf, gleich dem Gottmenschen, schlechthin abhängig von Gott, somit gemäss ewigen freien Rathschlüssen, auf die es keinen bestimmenden Einfluss hat; die Erlösung ist *executio decreti aeterni*, der Mittler bietet die ewig beschlossene Erlösung in der Zeit dar, was genau genommen mit der Stiftung einer neuen Gemeinschaft oder Darbietung einer höhern Lebenspotenz zusammenfällt. In letzter Hinsicht ist der Erlöser oder Mittler als der zweite Adam, als die vollendete menschliche Schöpfung aufgefasst worden.

1) Mittler-Amt und Werk sind, wie die gottmenschliche Per-

son, in der Zeit erschienen, schlechthin abhängig von dem schon aus sich und ewig gnädigen Gott, somit Ausführung ewiger Rathschlüsse. §. 79. §. 88. III.

Zw. IV. 47. Justitia requirebat expiationem, misericordia veniam, venia novam vitam. Carnis ergo indutus paludamento regis filius prodit, ut hostia factus inconcussam justitiam placeat ac reconciliet, his qui propter scelerum conscientiam sub intuitum numinis venire non audebant. Mixtae sunt justitia et misericordia, ut haec hostiam daret, illa acciperet. De se accepit divina bonitas quod nobis donaret.

Bulling. 60. Deus sua sponte ex mera bonitate et misericordia absque ullis meritis peccatores in gratiam recipit. Hanc gratiam ab aeterno deus praedestinavit, quam certis demum temporibus mundo in Cho. domino exhiberet, qui et in mundum venit — pretiumque redemtionis persolvit.

Alting. 165. Officium Chi. est functio mediatoria, quam ad homines peccatores deo reconciliandos ac salvandos sponte ipsa dei patris voluntate suscepit atque secundum utramque naturam solus peregit ac peragit.

A Diest. 162. Redemtio consideratur qua dei et qua Chi. opus. Dei est opus, quo quos ab aeterno elegit, eosdem in tempore per Chum. redimit; Chi. est opus mediatorium, quo nos — per satisfactionem nostro loco praestitam deo reconciliavit.

Heideg. M. II. 51. Officii mediatoris causa communiter est tota trinitas.

2) Das Mittlergeschäft ist zurückzuführen auf die Darbietung einer neuen Lebenspotenz, neue Gerechtigkeit, und eines neuen Gesammtlebens, nämlich des reinen *foedus gratiae*, §. 87. daher der Theanthropos auf den zweiten Adam zurückzuführen ist, als welcher er das göttliche Ebenbild auf specifische Weise ist und darstellt.

Bull. 60. Ch. in mundum venit, omnes coelestis salutis thesauros continens in se ipso.

Wendel. 378. Est quoque filius dei vera et perfectissima essentialis et aeterna dei patris imago, non tamen creata sed genita.

Heideg. M. II. 3. Deus statuit omnia in Cho. unire, Jesum Ch. in carnem mittere — —.

III. Für alle erlösend mittlerischen Thätigkeiten ist die gottmenschliche Persönlichkeit das Subject, somit der Logos, wie er einen Menschen beseelend sich bestimmt hat, oder der Mensch

wie er vom Logos beseelt ist. Dafür ist der gewöhnliche Ausdruck, das Mittleramt ruhe auf der *unio personalis*, und die *persona* wirke *secundum utramque naturam*. Wie nun beide Naturen geeint sind in der Persönlichkeit und es darum die oben beschriebene *communicatio idiomatum in concreto* giebt, nicht aber *in abstracto:* so giebt es eine *communio officii* und *communicatio ἀποτελεσμάτων vel actionum*.

1) Christus ist und wirkt als Mittler, so dass beide Naturen concurriren.

Zw. I. 316. »Dass der Mittler Gottessohn ist, richtet unsre Hoffnung auf, dass er Mensch ist, versichert uns der traulichen Freundschaft, ja Verwandtschaft.«

Aret. ex. th. 134. Veteres scholastici plurimi, ut Thomas, Bonaventura et Gab. Biel Chum. mediatorem dicunt sola humana natura; est potius secundum utramque naturam. Pet. Martyr Chi. naturas non dividit, sed redemtionis et mediationis munus personae tribuit.

Beza qu. th. 23. Secundum neutram naturam per se consideratam Ch. est mediator.

Zanch. 399. Filius dei factus homo ex utraque natura officium nos redimendi sumsit, et proprietatibus et actionibus utriusque naturae ad salutem nostram perficiendam usus est atque semper utitur. Hoc vero est effectum praecipuum unitionis duarum naturarum in persona τοῦ λόγου. 405. Operans est persona ipsa Chi. duabus constans naturis. Principia secundum quae et per quae operatur (Impuls und Organ) sunt duae naturae et earum proprietates, veluti sunt sapientia increata deitatis (ideale) et creata humanitatis (concret real menschliche), secundum quas scit operari, veluti etiam sunt voluntas deitatis et voluntas humanitatis, secundum et per quas vult operari.

Alst. 525. Subjectum officii est tota persona Chi. i. e. utraque ejus natura conjunctim, non alterutra seorsim.

A Dienst. 181. Communio officii est, qua Ch. secundum utramque naturam est mediator.

Marbs. 235. Est autem mediatorium officium functio illa oeconomica, quam Ch. θεάνθρωπος, secundum utramque naturam, cujusque tamen servatis proprietatibus, ultro suscepit ex patris consilio ad homines peccatores sibi datos deo reconciliandos et servandos. 236. Curtio quodam opus fuit, qui profundam hanc abyssum inter deum et nos impleret.

2) Der Gottmensch verrichtet zwar die mittlerischen Werke auf menschliche Weise, aber er thut und vermag diess nur, weil der Logos seine Persönlichkeit bildet oder ihn beseelt. Die allzu mechanische Formel von zwei Naturen erzeugt aber die unbequeme Lehre, eigentlich sei Christus nur der menschlichen Natur nach mittlerisch thätig, so zwar, dass der unendliche Werth dieser menschlichen Thätigkeit herrühre vom Sein der göttlichen Natur in Christus. Allerdings haben seine Leiden und Thaten an sich keinen Werth, empfangen ihn nur aus der göttlichen Liebe, welche ihn beseelt und leitet.

Zw. VII. 568. Morti (Chi.) fidere κατ' ἀλλοίωσιν h. e. commutationem nihil aliud est quam eo fidere deo, qui secundum alteram naturam mortuus est. — Humanitas per divinitatem et condita et in unitatem ὑποστάσεως, ut divini esset organum mysterii, adsumpta est.

Calv. Opp. T. VIII. 540. »Die Kirche sei mit dem Blute Gottes erlöst, sei uneigentlich geredet, weil Gott kein Blut habe, bedeute nur, Ch., der zugleich Gott sei, habe uns mit seinem menschlichen Blute erlöst. Wenn vom Herabsteigen des Menschensohns aus dem Himmel die Rede ist, so ist das uneigentlich, denn der Mensch Ch. ist nie im Himmel gewesen u. s. w.«

Keck. 179. Pontif. asserunt, Chum. secundum humanam tantum naturam esse principium mediationis, secundum divinam vero non principium. Nos vero, secundum utramque esse mediatorem. — Humana requirebatur, — ut posset supplex fieri intercedens pro fratribus, et ut posset pati, mori cet. Divina vero — quia poena proportionem habere debuit ad peccatum, pec. vero est laesio infiniti boni, ergo et poena infiniti aliquid in se continere debebat.

Zanch. 444. Vocatae sunt operationes θεανδρικαί, quia fuerunt ejus qui et deus et homo est, et eas edebat partim quatenus deus partim quatenus homo, ita ut actiones propriae humanitatis et verae dicerentur et essent actiones dei, et contra actiones deitatis propriae vere essent hominis.

Heidegg. M. II. 52. Mediator est secund. utramque naturam; orare, pati, mori humana; voluntatem dei ex patris sinu afferre et revelare — divina operatio est. Falso Pontificii divinitatem a mediatoris munere excludant. 53. Idcirco etiam qua mediator adorari debet, qua mediator enim deus etiam est.

3) Der Art, wie es eine *communicatio idiomatum* giebt, d. h. eine Gemeinschaft der Naturen in der Person, entspricht genau

die Art, wie es eine Gemeinschaft der Wirkungen (ἀποτελέσματα) und Thätigkeiten giebt.

Zw. II. 1. 38. »Ch. hat zwo Naturen an ihm, die göttliche und menschliche, und wirkt jede nach ihrer Natur; nach der göttlichen weiss und vermag er alle Ding, nach der menschlichen ist er tödlich, leidet Hunger, Durst, Furcht, freut sich. Gleich als ein Isen, das glühig ist und haut. 39. Maria hat den geboren der Gott ist und Mensch, nach der Menschheit, denn die Gottheit mag niemand gebären. Gott ist für uns gestorben! Nein, aber der gestorben ist, der ist Gott und Mensch, aber er ist allein an der menschl. Natur gestorben.«

Keck. 180. Ἀποτέλεσμα est opus commune pertinens ad functionem mediationis, ἐνέργεια vero est actio cujusque naturae propria, per quam ἀποτέλεσμα s. opus illud suo cuique naturae conveniente modo sese exerit.

Zanch. 399. Officia ex unione hypostatica consecuta sunt in persona Chi. nempe quod factus sit perfectus mediator; alterum de actionibus et de ἀποτελέσμασι utriusque naturae; nempe quod diversae sunt utriusque naturae actiones, quas Graeci ἐνεργείας vocant, sed quod ad eadem effecta, quae appellantur ἀποτελέσματα κατ' ἔργα simul concurrant. Seu ut patres loquuntur, habeant κοινωμίαν. 429. Damascenus demonstrat de actionibus Chi. quae unionem hypostaticam consecutae sunt, 1) quod in una persona diversae sint actiones sicut et diversae proprietates ac naturae; 2) quod hae actiones sint inter se realiter distinctae; 3) quod sint ad commune ἀποτέλεσμα unitae communionemque habentes.

Alst. 475. Effectum unionis hypostaticae est communicatio apotelesmatum quae dicuntur θεανδρικὰ. Cho. siquidem secundum utramque naturam vere competunt quaecumque ad offic. med. pertinent, tametsi ex his quaedam nonnisi per divinam, quaedam nonnisi per hum. a divina sustentatam et motam exequatur. Ubi accurate distinguenda ὁ ἐνεργῶν, agens, i. e. persona; ἐνεργητικὸν, principium secundum quod operatur agens; ἐνέργεια, actio; ἐνέργημα s. ἀποτέλεσμα, opus. Agens est unum sed non τὸ ἐνεργητικόν, opus est unum, sed non actio, et actionum quidem est κοινωνία, sed non κοινώνησις.

Wendel. 640. Ἀποτέλεσμα est opus mediatoris ad quod utraque natura confert suum, adeoque communicatio ἀποτελεσμάτων vel si malis communio est consequens unionis personalis, quo opera producit

persona secundum utramque naturam, una cum alterius communicatione agente, divina quod divinum, humana quod humanum est.

4) Folglich können an sich und abstract betrachtet die Impulse und Wirkungen beider Naturen sich einander selbst nicht mittheilen, wohl aber concret betrachtet vereint sein in Beziehung auf die Person, und so zusammen wirken, *communio*, aber nicht *communicatio ἀποτελεσμάτων*.

Zanch. 405. Actiones aliae sunt deitatis propriae aliae humanitatis, ac proinde alteri communicari non possunt, alioqui desinerent esse propriae. Communionem quidem habent ad idem opus s. *ἀποτέλεσμα* (Vollendung, Wirkung, Resultat), sed non communicationem inter se. Sicut naturae unitae sunt, non autem commixtae et confusae: sic et harum actiones habent *κοινωνίαν*, sed non *κοινώνησιν* (communio nicht aber communicatio). Ac sunt omnes ut naturae sic actiones in ipsa persona. Opera autem s. *ἀποτελέσματα* sunt externa facta, praesertim opera salutis nostrae, ad quae concurrunt utriusque naturae actiones. 406. Non sunt duo operantes (Nestorius) sed unus est operans. 407. Non negandum est (Eutyches), duo esse actionum principia; duo enim agnoscendae sunt naturae. 430. Observa contra Ubiquitariorum sophisma, quomodo abutantur patrum hoc simili gladii igniti, quasi vim urendi dicas communicari naturae ferri, ut haec quoque urere vere ac proprie dicatur. Hanc Damascenus ipse negat a se fieri *σύγχυσιν*. 459. Actionum *κοινωνία* consistit, — non quod quae ab una natura eduntur eaedem ab altera etiam edantur, aut quod unius actiones cum alterius in unam confundantur, sed quod quae a diversis sunt naturis illae ab uno eodemque deo simul et homine fiunt. Et quod ipsae actiones licet vere sint distinctae non sunt tamen separatae, nec una editur seorsim aut sine altera, sed simul et conjunctim.

Heideg. M. II. 13. Communicatio mutua est in persona, eaque triplex, idiomatum, officii et operationum. 15. Officii quod Ch. secundum utramque naturam est mediator. Communio denique apotelesmatum est, qua apotelesmata s. opera mediatoris ab utraque ejus natura profecta eidem tribuuntur, utraque natura faciente quod sibi proprium est cum communione alterius. *Ἐνεργῶν*, operans seu agens est Ch., *ἐνεργητικόν*, principium activum s. principium internum actionis et formale utraque natura; *ἐνέργεια* utriusque naturae efficax operatio et actio; *ἐνέργημα*, opus actione illa productum, quod et apotelesma dicitur.

5) Aus der Formel zwei Naturen in Einer Person folgt allerdings auch die Abweisung der Monotheleten, d. h. der Lehre, als seien zwar zwei Naturen vorhanden, nicht aber zwei unterschiedlich Impuls gebende Principien, *intellectus et voluntates*. Allerdings auch die menschliche Organisation ist in Ch. Impuls gebend, aber die Impulse zu seinem erlösenden Wirken stammen aus der ihn beseelenden göttlichen Liebe, aus dem Logos, wie er sich in ihm menschlich bestimmt.

Zanch. 407. Monotheletae, licet duas faterentur naturas, duas tamen esse intellectus, duas voluntates, duas agendi facultates omnino in Cho. negabant. Hinc non poterant in Cho. duo actionum genera agnoscere, deitatis et humanitatis. Sed nos, licet unum tantum agnoscamus operantem, duo tamen operationum et actionum principia in Cho. profitemur, quia duas etiam naturas. Constat, haec duo capita, et de uno agente et de duobus agendi principiis, ex unione hypostatica consecuta fuisse. Verbis omnes ecclesiae eadem fatentur, sed nonnulli proprietates naturarum cum Monotheletis commiscent atque in unum confundunt, id quod faciunt in actionibus quoque.

410. In Cho. fuisse deitatis et humanitatis distinctas actiones; quia primum in Cho. spectati sunt varii motus humani externi, ut motus localis est; deinde vita vegetativa, sensitiva, intellectualis cum suis quaeque motionibus, ergo *ἐνέργειαι* diversae et varia *ἀποτελέσματα*. 411. Sunt actiones mentis, quas sine auxilio corporis edit, quaedam sunt animi quidem *ἐνέργειαι* sed non sine corpore. 412. Sic et *ἀποτελέσματα* in homine sunt, quaedam solius animae, quaedam solius corporis, quaedam utrique communia. 412. Sic in Cho. quaedam fuerunt solius deitatis, quaedam propria corporis, moti tamen a deitate, quaedam ad quae ipsa quoque hum. natura suis actionibus concurrit. 114. Vis, qua fiebant miracula, non communicatur humanitati sed soli data est deitati. 415. Observa, alias actiones dari humanitati, alias deitati, ergo deitas non omnia (ut suas actiones) agebat per humanitatem, sed contra actiones humanitatis erant a deitate, sicut actiones organorum sunt ab artifice. — 437. Monotheletarum erroris causa erat, quod non distinxerunt inter unum simpliciter et unum *κατὰ τὶ* h. e. ordine.

Alst. 526. Cum in officio Chi. mediatorio non paucae sint operationes divinae, necesse est ut natura divina sit principium ipsarum formale, — et rursus cum non paucae sint humanae, necessum est ut hum. natura sit ipsarum principium formale; sicut ipsa persona s.

Ch. θεάνθρωπος est principium illorum commune, unde opus mediatorium dicitur θεανδρικόν.

Heidegg. M. II. 18. Subsistentia τοῦ λόγου proprie carni communicata non est, quia sic duae subsistentiae, efficiens et effecta, adeoque duae etiam personae in Cho. forent. Communicata vero est, quatenus ὁ λόγος semen Abrahae assumpsit, ut caro per se ἀνυπόστατος fieret ἐνυπόστατος non separatim sed in λόγῳ existens et subsistens velut organon ei personaliter unitum.

IV. Das *officium mediatorium* wird dreifach ausgeführt als *munus propheticum, sacerdotale et regium*, welche Behandlungsweise anschaulich macht, dass in Christus, was das A. T. an mittelnden Autoritäten hatte, zusammengeschlossen und vollendet ist. Da aber die Lehre von Christi Person zweiseitig angelegt ist, so würde auch die mittlerische Function besser zweitheilig durchgeführt, was sich schon darin verräth, dass eigentlich nur das prophetische und priesterliche Amt den Kern der zeitlichen Erlösungsthat bilden, das königliche Amt aber wesentlich dem überirdisch verklärten Christus gilt und bei der reformirten Einschränkung seiner leiblichen Natur im Himmel so dargestellt wird, dass es in die Oekonomie des h. Geistes hinüberstrebt.

1) Das Mittleramt Christi wird in das prophetische, hohenpriesterliche und königliche Amt eingetheilt.

Calv. II. xv. 1. Tribus partibus constat quod ei injunctum a patre munus fuit, et propheta datus est, et rex et sacerdos.

Alst. 515. Species s. partes officii sunt tres, officium propheticum, sacerdotale et regium.

Wolleb. 125. Off. Chi. triplex, propheticum, ut in veritate nos instituat; sacerdotale, ut cum satisfactione coram deo nostro loco compareat et pro nobis intercedat; regium, ut ecclesiam gubernet et conservet.

Mares. 240. Cum mediationis causa sit peccatum, illud vero intellectum occoecaverit, voluntatem et appetitum corruperit, atque apud deum reatui et poenae se subjecerit: ut triplici nodo triplex cuneus adhiberetur, debuit mediator triplex munus sustinere, sacerdotis, quo peccati reatum coram deo auferret; regis, quo maculam et servitutem peccati ex animis nostris removeret; prophetae, quo mentis tenebras veritatis luce destrueret.

Heidegg. M. II. 51. Habuit praecedentes typos, unctos in V. Te.

prophetas, sacerdotes et reges. Sed Ch. proprie, hi tenuiter admodum uncti dicuntur.

2) Bei dieser äusserlich befolgten Dreitheiligkeit ist aber innerlich eine Zweitheiligkeit angelegt schon durch den Parallelismus mit der Lehre von der Person, und diese Methode zeigt sich aus dem nicht eigentlich den beiden andern Aemtern coordinirten Begriff des königlichen, so wie aus sonstigem Streben nach einer zweiseitigen Auffassung des Mittler- oder Erlösungswerkes.

a. Calv. II. xv. 1. Regnum Chi. spiritualis est naturae, ecclesiam universam et fideles singulos amplectens; locupletat nos Ch. rex omnibus ad salutem necessariis et munit nos virtute ac robore.

Aret. 25. Officium sp. si. praecipuum est, quod custos sit ecclesiae militantis; sanctos V. Ti. tutatus est, in N To. quoque sanctos gubernat.

Altinc. 168. Regnum, quo tamquam caput ecclesiae eam verbo et sp. suo gubernat, tuetur et conservat.

Heidelb. Katech. Fr. 1 und 50.« Das königliche Wirken Christi fällt wesentlich zusammen mit der Wirksamkeit, welche dem h. Geiste zugeschrieben wird; unterscheidet sich wenigstens von diesem Lehrstück nur in der Form, und ist praktisch werthvoll, uns die Abhängigkeit unsers Heils von Christus zu veranschaulichen. — Weit mehr sind die beiden andern Aemter benutzt worden, wie sie denn in der That sehr geeignet sind, das Leben und Wirken der gottmenschlichen Persönlichkeit zu beschreiben. Als Gottmensch muss Christus die höchste Wahrheit, die erlösende Liebe offenbaren, das Göttliche ins Menschliche darbieten, was füglich eine prophetische Funktion heissen kann. Es muss aber auch das Menschliche dem Göttlichen darbringen, hingeben, opfern, was eine priesterliche Funktion heissen kann. Ohne Zweifel aber können diese beiden Seiten der gottmenschlichen Lebens- und Wirkungsweise auch ohne die Form dieser zwei Aemter gelehrt werden. Das Erlösungswerk ist einfach die wirksame Darbietung des gottmenschlichen Lebens theoretisch und practisch, prophetisch und priesterlich. Die Aemterform wird vollends unbequem, wo man jedes Amt möglichst durch Aufzählung bestimmter Punkte auszudehnen, und jedes auf die zwei Stände zu beziehen sucht; denn was geeignet ist, eine Totalidee zu veranschaulichen, kann darum doch unbequem werden für die nähere Ausführung. Im Allgemeinen möchte es einfacher sein, die Idee des *status humiliationis* mit der des priesterlichen Amtes, die des *status exaltationis* mit der des königlichen Amtes zu identificiren, als hingegen Analogien der priesterlichen Funktion auch in der Erhöhung und Analogien der königlichen auch in der Erniedrigung zu suchen; das prophetische Amt hätte dann eine zu der Ständeverschiedenheit indifferente Stellung, wie denn wirklich beim Lehramte Christi an eine Erniedrigung und Erhöhung zu denken, durchaus nicht nothwendig ist. Das priesterliche Amt wurde auch polemisch hervorgehoben wider die Socinianer bis zu Bestimmungen, welche die objectiven Wirkungen desselben so ausdrücken, dass man sie leicht auf eine unreformirte Weise als transcendente verstehen kann; aber es darf von einer metaphysisch objectiven Wirkung Christi auf Gott nicht die Rede sein, sondern nur von

einer Umgestaltung der Menschen. Mögen hundert Stellen vorkommen, wo ZWINGLI und CALVIN im erstern Sinne zu reden scheinen, es genügt, dass sie anderwärts, wo sie die traditionellen Formeln dann näher untersuchen, ausdrücklich sagen, es sei nur uneigentlich geredet, wenn man dem Leiden Christi eine Umänderung dessen, was ewig beschlossen ist, oder sonst eine bestimmende Wirkung auf die ewigen Rathschlüsse zuschreibe. Das eigentliche Wesen wird sein: die erlösende Liebe, dem wahren Leben Gottes wesensgleich Christi Person constituirend, bewege ihn zur *obedientia activa et passiva*, zum Eingehen in alle Erniedrigung seines Berufes, offenbare und biete dar und erwerbe uns so die erlösende Liebe des Vaters, ziehe uns wirksam in die Gemeinschaft des Lebens Christi hinein, und bringe so eine reelle Versöhnung ewigem Beschlusse gemäss zu Stande. Die Bestimmtheit des göttlichen Lebens als erlösende Liebe ist nichts anderes als die christliche Potenzirung der Gottesidee und enthält alle übrigen Bestimmungen des göttlichen Wesens aufgehoben in sich. Es giebt daher keine nähere Veranschaulichung des Logos und seines Fleischwerdens als diese Identificirung des Logos mit der erlösenden Liebe; namentlich eignet sie sich, die christologischen Lehren der reformirten Dogmatik zu erläutern.

§. 95. Das Erlösungswerk besteht also darin, dass Christus uns gemäss ewigem Rathschluss ins *foedus gratiae* aufnimmt, indem er uns mittelst des Glaubens seinem gottmenschlichen Leben einverleibet. Damit ist auch unsere Rechtfertigung, *justificatio*, gegeben, d. h. die Begründung unsers Bewusstseins, dass uns in Christo die Sünden vergeben sind und die Gerechtigkeit Christi uns zugerechnet wird, trotz der noch in uns nachwirkenden Sünde.

Die Erlösung ist das Aufnehmen der dazu Prädestinirten ins *foedus gratiae*, und hat darum als Wirkung des Logos schon in der *oeconomia ante legem et sub lege* statt finden können, weit kräftiger und allgemeiner aber als Wirkung des erschienenen Gottmenschen in der *oeconomia evangelica*. Die Aufnahme aber in die Erlösungsreligion oder in den Gnadenstand besteht genau

genommen in der Aufnahme ins Offenbarungsleben des Logos und seit der Incarnation ins gottmenschliche Leben Christi, welches darum uns dargeboten und zugetheilt werden muss. Eben um sein inneres Leben möglichst wirksam darzubieten, sollte Christus so rührend sich aller Erniedrigung unterziehen und so Gemüther erobernd erhöht werden; daher denn die Wendepunkte dieses Schicksals, theils Leiden und Tod am Kreuze, theils Auferstehung und Erhebung in die Himmel so vorzüglich als Erlösung bietende Thatsachen angeschaut werden. Dieser Erlösungsbegriff bestimmt den so hochwichtigen Begriff der Rechtfertigung. Die Rechtfertigung ist gegeben mit dem Einverleibtsein ins *foedus gratiae* oder in die Glaubens- und Erlösungsreligion. Darum ist vor Allem gegen jede Rechtfertigung, welche durch Werke und Gesetzesgehorsam verdient würde, zu protestiren; denn eine solche wird nur da gelehrt, wo man das Christenthum als blosse Gesetzesreligion auffasst. Es kann also nur von einer *justificatio fidei* die Rede sein. Hier haben wir die Rechtfertigung darzulegen in ihrem Zusammenhang mit dem ewig beschlossenen und von Christus vollendet dargebotenen *foedus gratiae;* erst unten wird von der nähern Art, wie sie der einzelnen Seele zugetheilt werde, genauer zu reden sein. Die in und mit der Erlösungsreligion gemäss dem ewigen Weltplan schon gegebene Rechtfertigung des sündig gewordenen Menschen ist keineswegs eine Umwandlung des Sünders in einen völlig Gerechten, hätte doch auch ein so Umgewandelter *ex jure creationis* die früheren Sünden noch als die gleiche volle Schuld auf sich, und giebt es doch keine vollkommenen Heiligen auf Erden; die Rechtfertigung ist ebenso wenig etwas, das wie die christliche Heiligung selbst nur nach und nach und gleichmässig wie diese fortschreiten und sich erst jenseits vollenden würde, wie die Katholiken wollen, um ihre stets fortgehenden Sühnungswerke zu begründen. Vielmehr ist die Rechtfertigung gleichsam ein Urtheil Gottes, ein Angenommen oder Wohlgefällig betrachtet werden des erlösten Sünders vor Gott, und begründet unser Bewusstsein, dass uns in Ch. die Sünden vergeben und die Gerechtigkeit Christi zugetheilt werde. Dieses göttliche Urtheil aber ist theils im ewigen Erwählungsrathschluss ideal vollendet, theils bei dem

Aufgenommensein des Sünders ins *foedus gratiae* auch real schon ganz vollständig und vollendet nicht nur objectiv, sondern auch subjectiv, insofern jeder wahrhaft ins *foedus gratiae* aufgenommene oder vom gottmenschlichen Leben ergriffene Erwählte damit eben den Glauben gewonnen hat an eine Sündenvergebung, die gemäss ewigem Beschlusse Gottes ganz vollständig ist, mag immerhin der Glaube an dieses vollständige Object im Subject, so lange dieses auf Erden ist, denjenigen Schwankungen unterworfen sein, welchen unser Glaube überhaupt unterworfen ist. Diese Rechtfertigung verbürgt uns also, ob unser Glaube daran bald stärker bald gehemmter sein mag, die von Gott für alle und jede Erwählten und darum ins *foedus gratiae* Aufgenommenen vollständig beschlossene Begnadigung und Erlassung der Schuld, sowol der Erbsünde als der wirklichen Sünde. Was negativ als Sündenvergebung, Nichtanrechnung der Sünde ausgedrückt wird, lässt sich positiv als Zurechnung der Gerechtigkeit Christi darstellen; auch so wird eine vollkommene Gerechtigkeit uns zugerechnet, ein vollkommenes Object, mag nun das Subject bald mehr bald minder lebendig daran glauben. — Der katholische Einwurf, als werde von uns ein nur äusserliches Fürgerechterklären gelehrt, während man doch in unveränderter Sündhaftigkeit verbleibe, ist ein Missverständniss; denn die Rechtfertigung tritt für jeden ein mit seiner Bekehrung, mit seinem Einverleibtwerden in Christus; dann tritt sie aber als eine vollständige ein und wächst keineswegs erst mit der Heiligung; denn woran wir, sei es schwächer, sei es stärker, glauben, das ist immer dieselbe vollständige Begnadigung, welche durch keinerlei weitere satisfactorische Werke ergänzt werden muss.

Darlegung.

I. Die hochwichtige Lehre von der Rechtfertigung ist einzuleiten durch Rückweisung auf den genauen und eigentlichen Begriff des Erlösungswerkes. Dieses besteht in der Darbietung des *foedus gratiae*, Mittheilung des gottmenschlichen Lebens, Aufnahme in die Lebensgemeinschaft mit Ch., Herstellung spi-

rituellen Erregtheit, oder auch Erweckung des neuen Menschen, Auffrischung der göttlichen Ebenbildlichkeit.

1) Die Erlösung bricht die Folgen des Sündenfalls und regt das spirituelle Leben wiederum an. Sie giebt uns mehr als wir verloren haben, insofern eine der bewussten Sünde gegenüber sich erhebende spirituelle Kräftigkeit mehr ist als jene Unschuldsintegrität, die ohne Bewusstsein des Unterschieds von Gutem und Bösem wäre.

Zw. IV. 7. Ch. casum per Adamum factum restituit. III. 192. Christianum esse nihil aliud est quam novum hominem esse.

Calv. I. xv. 4. Imago dei, etsi non prorsus deleta, tamen sic corrupta fuit, ut recuperandae salutis nobis initium sit in ea instauratione, quam persequimur per Ch. qui hac de causa vocatur secundus Adam, quia nos in veram ac solidam integritatem restituit.

Schl. »Die Rechtfertigung ist die das neue Leben hervorrufende göttl. Thätigkeit. Sie ist erfüllt, wenn die göttl. Wirkung auf den Menschen zu einer Wirkung in und durch denselben geworden ist. Oder die göttl. Thätigkeit, wodurch der Mensch in Verbindung mit Ch. gesetzt wird.«

2) Und zwar ist in Ch. die volle Kräftigkeit des spirituellen Lebens, so dass wir durch Lebensgemeinschaft mit ihm an dieser Kräftigkeit Theil bekommen.

Calv. III. ii. 1. Quum deus nobis per legem praescribat, quid agendum sit, si qua in parte lapsi fuerimus, terribile illud quod edicit aeternae mortis judicium nobis incumbere —. Rursum quia non modo arduum sed prorsus supra vires extraque omnem nostram facultatem est legem implere ut exigit, si nos duntaxat ipsos intuemur et quae meritis nostris digna sit conditio reputamus, nihil boni spei esse reliquum, sed a deo abjectos sub aeterno interitu jacere. Una est liberationis ratio, ubi apparet Ch. redemtor, per cujus manum coelestis pater pro sua immensa bonitate et clementia nostri misertus, succurrere nobis voluit, siquidem et solida fide misericordiam hanc amplectimur et in ipsa constanti spe acquiescimus. Nunc expendere convenit, qualis sit haec fides, per quam regni coelestis possessionem adeunt, quicunque adoptati sunt a deo in filio.

Beza I. 9. Quoniam per fidem sumus Cho. uniti et incorporati, in quo natura nostra a primo conceptionis momento multo fuit pleniore satisfactione instaurata, quam olim in Adamo pura conderetur: idcirco satisfactio ista naturae humanae in Cho. nobis per fidem im-

putata effecit, ut reliquiae corruptionis illius, quae in nobis etiam regeneratis insident, in rationem non veniant coram deo. Chi. robur ad nos sanctificandos infinitis partibus superat corruptionis vires ad nos polluendos.

Artt. 71. Ch. novum panis et cibi genus coelitus attulit. 74. Arctius unimur Cho. per fidem, quum in membra illius transimus. 235. Regeneratio est poenitentia, per quam imago dei Adami peccato foedata in nobis reparetur.

Schl. »Abgesehen von der Rechtfertigung d. i. dieser Verbindung mit Ch. ist der Mensch kein Gegenstand des göttl. Wohlgefallens.«

3) Eine wahre, mystische Einigung verbindet Christus mit seinen Gläubigen, so zwar, dass obwol nicht die göttliche Logossubstanz (Osiander), doch die durch diese in Christi menschlicher Natur gesetzte spirituelle Lebenspotenz, das Princip seiner *justitia*, auch über uns sich ergiesst, und wir dieser einverleibt Gott wohlgefälllig geworden sind.

Zw. III. 210. Qui Chi. est, novus fit homo, sed manet corpus et haereditarius morbus, instauratur mens deum cognoscens.

Calv. III. xi. 10. Chi. essentialem habitationem in nobis et nostram essentialem justitiam crassam mixturam esse dei et hominum. 5. Osiander monstrum essentialis justitiae invexit, quo etsi noluit abolere gratuitam justitiam, — — tamen caligine involvit. — Ut Manichaei, essentiam dei in homines transfundit ille vir; fatemur nos unum esse cum Cho. sed negamus misceri Chi. essentiam cum nostra. Ea justitia Osiander non contentus, quae nobis obedientia et sacrificio mortis Chi. parta est, fingit, nos substantialiter in deo justos esse tam essentia quam qualitate infusa.

Beza. qu. 48. Quid est Chum. fide apprehendere ita ut in nobis habitet? Non ipsarum substantiarum conjunctio, neque tamen sola energia s. efficacitate Chi. sumus participes, sed Ch. ipse nobis donatur, deinde ipsius energia in nobis. 49. Communicatio Chi. plenissima non huc respicit, ut ex illius substantia vel persona et nostris substantiis vel personis una quaepiam persona vel substantia cōcat; sed huc duntaxat spectat, ut eo certior, conjunctior, efficacior sit ipsius in nos spiritualis energia. Certum est ita ipsum fieri nostrum, ut vere fiat unum nobiscum, tota conjunctio vero spiritualis sit et mystica. 50. Non nostrum est, quod solo spiritu Chi. nobis communicatur, tota enim humanitate nobis communicabitur; nec quasi imaginaria est ista conjunctio et in sola cognitione posita, nec consen-

sionis solius est, sed quod animi quidem et fidei tota haec sit apprehensio, ideo spiritualis dicitur communicatio; et quod sp. s. sit is, cujus vinculo res tam distinctae connectantur. A Cho. spiritualem vitam hauriens est ecclesia. Itaque tota illa ipsarum substantiarum realis coalitio, unde in coena portentum illud trans- et consubstantiationis crassum est commentum. 51. Concedo arcanum esse mysticum illam communicationem Eph. V. 32. quare potius nobis laborandum est, ut Chum. sentiamus in nobis viventem, quam ut communicationis istius ratio nobis pateat, utpote quae captum nostrum superet, quamvis spiritualem esse et fidei instrumento fieri constet. 59. Imputatur nobis non illa justitia essentialis Chi. quae deitatis est, nec illa habitualis puritas carnis Chi. ex conceptu ei indita, sed perfecta legis praestantia.

Bucan. 341. Ch. spiritualiter per fidem factus est unus nobiscum, non per actualem corporis et animae Chi. παραφυάδα καὶ ἀποῤῥῶγα intra nos, aut per transversationem, transfusionem vel continuationem essentialem aut actualem ullius qualitatis in Cho. inhaerentis, sed ex communione quam vinculo sp. si. habemus cum ipso, qui est caput et cujus nos membra sumus.

Alst. 635. Justitia qua justificamur, non est natura sed gratia, non essentia dei sed imputatio, non qualitas inhaerens sed relatio et communicatio beneficii Chi. non substantia ipsa Chi. sed meritum ipsius.

II. Aus diesem Begriff von der Erlösung folgt von selbst, dass die Rechtfertigung durchaus nicht so gelehrt wird, als ob wir von Gott für gerecht erklärt würden, während wir doch ungeändert in der alten Ungerechtigkeit stecken blieben. Vielmehr tritt die Rechtfertigung, welche von Ewigkeit her allen Erwählten zugetheilt ist, nur für diejenigen zeitlich ins Bewusstsein, welche ins *foedus gratiae* aufgenommen die mit dieser Aufnahme verbundenen Veränderungen erleben. Darum ist aber doch die *justificatio* von der mit der Bekehrung eintretenden *sanctificatio* zu unterscheiden.

1) Rechtfertigung giebt es für uns nur, wo Eintritt ins *foedus gratiae*, somit nur im Zusammenhang mit dem Bekehrtwerden. Sie vollzieht sich ein für allemal als Bewusstsein der ewigen Erwählung.

Zw. III. 192. Cum deus consilium coepisset homines redimendi, non sic coeperat, ut mundus in malitia sua perstaret; annunciat ergo vitam et mores immutandos esse. IV. 121. Fides iis datur qui ad

aeternam vitam electi sunt et ordinati sunt, sic tamen ut electio antecedat, et fides velut symbolum electionem sequatur.

Calv. III. xi. 1. Chum. nobis dei benignitate datum fide a nobis apprehendi ac possideri, cujus participatione duplicem gratiam recipiamus, ut ejus innocentia deo reconciliati pro judice jam propitium habeamus in coelis patrem; deinde ut ejus spiritu sanctificati innocentiam puritatemque vitae meditemur.

Pet. Mart. 258. Sed qui fieri potest, ut justitia, quam nos non habemus, imputetur nobis? Respondemus, non esse fingendum, Chum. et ejus justitiam a sanctis alienam esse. Chum. ipsum induimus et deus nos gratos habet in dilecto. Ergo dei judicium non verum? Cum justitia nobis imputatur, nequaquam prorsus ea caremus, fide eam percepimus. Item non verum, nos omnino peccatum habere, quod nobis non imputatur, quandoquidem justificati reluctantur ei. Conjunctio cum Cho. quasi matrimonium.

Beza. qu. 53. Omnia ad salutem necessaria per fidem in nos promanant. Ejus meritum imputatione nostrum fit, nempe quod omnem justitiam nostri causa implevit et poenas pro peccatis debitas luit. Quaedam vero sic in Cho. resident, ut tamen eorum vis et energia in nos propagetur. Cujusmodi est summa illa humanae naturae puritas, quae non modo fit nostra per imputationem, verum etiam est nostrae regenerationis et omnium consequentium spiritualium fons.

Buc. 238. Differt justificatio jam renatorum a justificatione eorum qui nondum renati sunt, nonnihil si subjecta consideramus — utrosque tamen (electos) eodem modo justificavit. Justificantur enim soli electi ante constitutionem mundi. 243. Cognatum justificationis est regeneratio s. infusio gratiae s. justitia inhaerens per sp. s. nobis communicata.

Keck. 208. Justif. est actus individuus et simul totus, dicitur hoc ad discrimen sanctificationis, quae est actus dividuus, habens certos suos progressus. Justif. peccatoris essentialiter in hac vita semel tantum fit, etiamsi restauretur saepius et renovetur. Sicut fides semel data electis in hac vita, numquam plane ab iisdem aufertur, ita et justif. quae arctissime cum fide cohaeret. 210. Vocatio efficax est causa remotior justificationis, cum sc. deus corda electorum per sp. s., i. e. intellectum, voluntatem et effectus efficaciter movet, 1) ad agnitionem miseriae suae, 2) ad quaerendam liberationem et ad credendum promissioni gratiae.

Alst. 629. J. est, qua deus gratia gratum faciente s. benevo-

lentia sua credentem certum reddit, quod eum peccatis remissis pro justo reputet ob redemtionem s. satisfactionem et meritum Chi.

Ryss. I. 468. Cum gratia vocationis cohaeret gratia justificationis Rom. VIII. 29.

Schl. »Es giebt nur Einen ewigen und allgemeinen Rathschluss der Rechtf. der Menschen um Chi. willen, die Wirkungen desselben sind freilich zeitliche und einzelne.«

2) Aber die Rechtfertigung ist von der ebenfalls mit der Bekehrung beginnenden Heiligung wohl zu unterscheiden. Jene ist ein Urtheil Gottes, *sensu forensi;* diese aber ein wirkliches, wenn schon nur beziehungsweises und allmäliges, Gerechtmachen, *sensu physico.*

Zw. IV. 121. Quos praefinivit s. ordinavit, eos et vocavit, quos vocavit eos et justificat s. absolvit, quos justificavit eos et gloria ditavit Rom. 8. 29. Paulus vult ostendere, definitionem et constitutionem dei originem et causam esse, cur aeterna gloria donemur; ea definitio s. ordinatio ubi decreta sit: jam vocari hominem a deo, vocatione ea, qua spiritus electis aurem vellicat, ut deo auscultare quid jubeat aut promittat cupiant. Quos sic vocat, eos et justificat s. a peccatis absolvit; sic enim justificandi verbo pro absolvendi utuntur Hebraei.

Calv. III. xi. 2. Justificari coram deo dicitur qui judicio dei et censetur justus et acceptus est ob suam justitiam. Justificatur qui numero peccatorum exemtus deum habet suae justitiae assertorem. 6. error — — justificari esse justos effici, ut justitia sit non gratuita imputatio sed sanctitas. Inseparabilia sunt justitia et sanctificatio, quae simul et conjunctim in ipso percipimus, transferre tamen ad alterum quod unius est peculiare, ratio prohibet. Non idem et unum est regeneratio et justificatio. Quoscunque in gratiam recipit deus, simul spiritu adoptionis donat, cujus virtute eos reformat ad suam imaginem. Verum si solis claritas non potest a calore separari, an ideo dicemus, luce calefieri terram, calore vero illustrari?

Beza. qu. I. 53. Quaedam sic sunt Chi. ut in ipso uno semper haereant, nec aliter quam imputatione nostra fiunt, cujusmodi sunt quae nostri causa peregit, nempe quod factus sub lege omnem justitiam implevit et poenas nostris peccatis debitas luit, quod utrumque Paulus obedientiae nomine intelligit. Quaedam vero sic in Cho. resident, ut tamen eorum vis et energia in nos propagetur, cujusmodi est summa illa naturae humanae in Cho. puritas omnibus absque mensura donis exornata, quae non modo fit nostra per imputationem,

verum etiam est nostrae regenerationis et omnium consequentium spiritualium donorum fons et origo. 54. An convenit deo, ut aliena justitia quispiam justus habeatur? Aliena quidem est, quatenus extra nos est; et in alio subjecto, nempe in Cho. residet; sed aliena non est, quatenus illud ipsum subjectum, nempe Ch. nostrum est, atque adeo spiritualiter per fidem factum est unum nobiscum — ut spiritualis vita a Cho. mystico capite ad subjectum mysticum corpus defluat, (non ipsarum substantiarum vel personarum realis coalitio). Imputationis fundamentum est, quod ille unum est nobiscum; ut ille fuerit non in sese, sed in nobis peccator, et nos non in nobis sed in ipso justi censeamur. 65. Ut nostrae personae deo sint acceptae — longe alia sanctificatio interveniat necesse est, (quam inhaerens illa et inchoata fidelium), illa videlicet quae plenissima in Cho. est, in quo nos intuens clementissimus pater — acquiescat.

Bucan. 238. In justificatione tollitur impietas, succedit fides. 243. Regeneratio a justificatione non est separabilis, sed tamen distinguenda, nec duo beneficia confundenda.

A Diest. 386. J. est sententia dei judicis, qua ex gratia propter satisfactionem Chi. tum passivam tum activam sola fide vera apprehensam sine ullo operum merito partim peccata remittens a condemnatione absolvit, partim justitiam imputans vitam aeternam adjudicat.

Ryss. I. 468. Justificatio a sanctificatione probe distinguenda, nam confusio praecipuos Pontificiorum errores peperit. Spectat justif. ad peccati reatum, est sententia dei gratiosa, qua hominem fidelem absolvit a poena atque ei concedit jus vitae aeternae. Verbum justif. sensu forensi sumitur non de infusione justitiae. 488. Pontif. justificationem physicam volunt. Remissio peccatorum consistit non in eorum absoluta abolitione, sed in eorum condonatione.

Stapf. I. 382. Vox justif. condemnationi opposita in s. scriptura sumitur de actu forensi, quo homo accusatus a judice non quidem justus fit sed talis declaratur atque probatur, unde definitur quod sit actio dei judicis, qua homo reus propter solam redemtionem Chi. per veram fidem apprehensam excluso omni operum merito justus declaratur h. e. ab omni culpa et poena liberatur, et illi amissum jus vitae aeternae adjudicatur.

Schl. »Nur scheinbar beruht der Gegensatz der evang. K. gegen die kathol. auf der declaratorischen Beschaffenheit des Begriffs der Rechtf. Vielmehr ist die Hauptsache, ob dieselbe durch Glauben oder Werke bewirkt werde. Darum ist die bloss declaratorische Bedeutung nicht festzuhalten, da man ja doch auch etwas Wirksames

dazu annimmt. Ein Gericht kann freilich nur declariren, da die Handlungen ihm gegeben sind. Gott aber kann nichts bloss gegeben sein, worüber er bloss zu urtheilen hätte. Auch kann der Mensch nur einer umwandelnden, nicht einer declaratorischen Rechtf. sich bewusst werden; hat er jene im Bewusstsein, so bedarf er dieser nicht mehr.«

3) Ja sogar die *justificatio ex lege* d. h. des *foedus operum*, bedeutet nicht die durch vollkommenen Gehorsam erlangte *justitia inhaerens* selbst oder deren Bewirkung; sondern den Urtheilsact Gottes, welcher so absolut gehorsame Menschen gerecht und selig sprechen würde.

Buc. 331. Paulus verbum justificandi sensu forensi usurpavit. Apud Paulum dupliciter dicitur quis justificari, vel sua justitia i. e. ex operibus s. ex lege: factores legis justificabuntur Rom. II. 13; vel aliena Chi. scilicet i. e. ex fide. Ex operibus justificari non significat justitiae habitum ex operibus justis acquirere, sed justum judicari, pronuntiari.

Alst. 632. Justificatio respectu legis moralis est, qua homo justitia legis istius citra transgressionem functus, coram tribunali severae justitiae dei constitutus, justus a deo et vitae aeternae praemia dignus, in se, ex debito, secundum legem, citra gratiam censetur et pronuntiatur.

III. Das grosse polemische Interesse der protestantischen Rechtfertigungslehre gegen die katholische ruht darauf, theils dass jene im christlichen *foedus gratiae* eine für jeden wahrhaft Eingetretenen vollkommene Begnadigung, somit Beruhigung lehren will, so dass neben der von Christo dargebotenen Erlösung keinerlei satisfactorische Verdienste nöthig sind; theils aber dass unsere Begnadigung ganz allein vom Glauben an die im *foedus gratiae* dargebotene Erlösung abhängig gemacht wird, so dass wir unsere Rechtfertigung nicht erst durch die nun beginnenden guten Werke erwerben, welche nie vollkommen, folglich nie zureichend sind, um Ansprüche an die ewige Seligkeit zu begründen.

1) Da die Rechtfertigung schon in der ganzen Art und Bestimmung des ewig von Gott beschlossenen *foedus gratiae* liegt, Gott also den Glauben und die vertrauende Hingabe des Sünders an die in Christo dargebotene Erlösung wohlgefällig ansieht,

und zwar das Alles aus gnadenvoller Liebe: so kann die Rechtfertigung nicht wieder, wie im *foedus operum* von den Werken, sondern nur vom Glauben erlangt werden, welcher uns das *foedus gratiae* und das, was in diesem das Verdienst Christi heisst, aneignet. Dieser Fundamentalpunkt ist der Halt des ganzen Lehrgebändes, weil er die Natur des *foedus gratiae* entscheidend veranschaulicht.

Zw. IV. 121. Quae alia est justificatio nisi fidei? In hoc enim 122. et Ch. et apostoli omnem doctrinae commeatum insumunt, ut obtineant, nullam aliam esse absolutionem s. justificationem quam fidei. — Qui electi sunt, iis datur fides, et qui fidem habent, justi h. e. absoluti sunt.

Calv. III. xi. 2. Justificari operibus ea ratione dicetur, in cujus vita reperietur ea puritas ac sanctitas, quae testimonium justitiae apud deum mereatur; contra justificari fide — qui operum justitia exclusus Chi. justitiam per fidem apprehendit, qua vestitus in dei conspectu non ut peccator sed tamquam justus apparet. Ita nos justificationem simpliciter interpretamur acceptionem, qua nos deus in gratiam receptos pro justis habet. 3. Pro justis in Cho. habemur qui in nobis non sumus. 4. Justitia haec reatui opponitur. II. xvi. 2. Si legimus piaculo satisfactum patri esse, hoc fundamento pacem cum deo niti: his melius ad vivum repraesentatur, quanta a calamitate ereptus fuerit homo. 3. Atque haec tametsi pro captus nostri infirmitate dicitur, non falso; deus enim iniquitatem nostram amare non potest, sed aliquid in nobis est quod perdere deus non vult et amat; considerat nos ad vitam, sed suscipere nos non totos potest, itaque in morte Chi. quicquid in nobis mali est abolet, ut justi in ejus conspectu appareamus, qui antea impuri eramus. Sed quia in nobis, donec sua morte resurrexit Ch., manet iniquitas damnabilis, non ante plenam habemus firmamque cum deo conjunctionem, quam ubi Ch. nos conjungit. Adeoque si deum nobis pacatum volumus polliceri, in Chum. solum oculos mentesque defigere convenit, ut revera per ipsum solum consequamur, ne imputentur nobis peccata.

Alst. 629. Causa efficiens justificationis active sumtae est deus pater in filio per sp. s. Causa interna est dei benevolentia, externa Ch. θεάνθρωπος. 633. Articulus justificationis dicitur articulus stantis et cadentis ecclesiae. Primo naturam ejus ostendit distinctio justificationis in legalem et evangelicam, quae formae componi inter se non possunt.

Stapf. I. 382. Doctrina de justif. peccatoris per solam fidem in Chum. unicam salutis causam praeclarissimum verae religionis palladium est; diffundit enim se, inquit Witsius, per totum theologiae corpus, et prout fundamenta hic bene vel male jacta sunt, universum aedificium vel solidius ascendit vel minitatur ruinam.

Schl. »Dieser Rathschluss ist derselbe mit der Sendung Chi. und dieser wieder mit der Schöpfung der Menschheit.«

2) Die Rechtfertigung darf schon darum nicht auf die guten Werke gebaut werden, weil ja auch der Bekehrte nicht rein und vollkommen dem Gesetz entsprechende Werke zu Stande bringt, somit eine hierauf gebaute Rechtfertigung die wahre Ruhe und den ausreichenden Trost nicht bieten könnte. Diese guten Werke sind streng genommen noch corrupt und sündhaft.

Zw. 1. 402. Der Gerechtfertigte sündigt immer noch, so lange er im Leibe ist, diess der Streit Röm. VII., aber die Sünde schadet ihnen nicht; das tägliche Sündigen zeigt uns, wie so gar nichts wir sind; je mehr hinfällt der Trost in uns selbst, desto mehr wächst der Trost in Gott, je mehr Gnad, desto minder Sünd.«

Calv. III. xiii. 1. In gratuita justif. duo observanda, ut deo constet illibata sua gloria et 3. conscientiae nostrae placida sit quies. xi. 11. Tenendum, non separari justificandi gratiam a regeneratione, licet res sint distinctae. Sed quia notum est, manere semper in justis reliquias peccati, necesse est, longe aliter justificari quam reformantur in vitae novitatem. Nam hoc sic inchoat deus in electis suis, totoque vitae curriculo paulatim — progreditur, ut semper obnoxii sint apud ejus tribunal mortis judicio. Justificat autem non ex parte, sed ut libere, quasi Chi. puritate induti in coelis compareant. Neque enim conscientias pacaret aliqua justitiae portio. Unde sequitur, ubi animis injicitur dubitatio, funditus everti justificationis doctrinam.

Ryss. I. 473. — justitia nostra etiam per gratiam nobis data semper imperfecta non potest esse causa justificandi.

Schl. »Sobald mit dem Glauben die neue Gemeinschaft mit Ch. entstanden ist, so muss das Bewusstsein der Verschuldung und Strafwürdigkeit aufhören.

3) Auch der schon Bekehrte, ins *foedus gratiae* Eingetretene, bleibt schlechthin abhängig von der Gnade und kann nur auf den Glauben an die Gnade, auf das ohne unser Verdienst im *foedus gratiae* gegebene Erlösungsheil oder Verdienst Christi bauen.

Zw. IV. 124. Electio ni praecessisset, fides numquam esset secuta. Sic etiam operibus tribuitur meritum, quae etiamsi ex fide sunt, non tamen merentur felicitatem. Sicut fidei tribuitur justificatio, quum solius sit electionis et liberalitatis divinae; fides autem electionem sic sequatur, ut qui illam habeant sciant, se veluti per sigillum ac pignus electos esse: sic qui fidei opera faciunt, experimentum dant, quod fidem habeant. Est enim tam certum: ubi fides est, ibi bona sequi opera, quam certum est calorem diffundere fornacem, quum igni incensa est. Propterea meritum nomen potius est quam res, ut scil. divina liberalitas dona sua meriti mercedem patiatur vocari.

Calv. III. xi. 11. Justi quoque semper obnoxii sunt apud dei tribunal mortis judicio. 23. Inops est propriae justitiae, qui justitiam extra se ipsum quaerere docetur xiii. 1. Hic maxime spectandum, ut deo illibata constet sua gloria. xiv. 9. Regeneratis quoque remanent imperfectionis reliquiae quae nobis humilitatis argumentum praebeant. Qualem ergo justitiam ex suis operibus etiamnum obtinebunt? — Nec unum a sanctis exire opus, quod si in se censeatur, non mereatur justam opprobrii mercedem. 11. David de fidelibus loquitur: beati quorum remissae sunt iniquitates; ergo hanc beatitudinem non semel habere sed tota vita tenere nos oportet. Non aliam justitiam ad finem usque habemus.

Beza I. 7. Fides est instrumentum, quod Chum. recipit, — non fides est virtus, quae nos justificet, id enim esset fidem substituere in locum Chi. qui unus est nostra justitia, cum nobis fides eum unit.

Keck. 210. Pontif. operibus hominum imperfectis et varie pollutis tribuunt perfectionem et proportionem ad div. justitiam, cum tamen nec nostra sint illa bona opera sed a deo profecta, cumque etiam illa opera ante deo ex lege debeamus. — Quod jam alteri totum debemus, eo mereri nihil possumus.

Alst. 632. Sola dei misericordia est causa prima impellens, cum ratione beneplaciti nos praedestinantis, tum ratione oeconomiae s. dispensationis et filium in hunc finem ordinantis.

Schl. »Die Rechtf. ist durchaus unverdienstlich, es ist weder *ex congruo* noch *ex condigno* ein Verdienst dabei. — Die guten Werke der Wiedergebornen sind Wirkungen des Glaubens. Ob sie zur Rechtf. nothwendig sind, muss verneint, ja kann nur gar nicht gefragt werden. Denn die Rechtf. ist bedingt durch die Bekehrung, diese aber nicht durch gute Werke.«

4) Ja genau gesprochen ist auch der Glaube nicht selbst die rechtfertigende Kraft, denn so würde er gleichsam unser inneres

Werk und Verdienst; sondern das rechtfertigende Princip liegt in der göttlichen Erwählung und liebenden Gnade, abgeleitet erst im Verdienst Chi., vollends nur instrumental im Glauben.

Zw. I. 395. »Wenn wir genau und eigentlich sprechen wollen, so ist es Gott allein, der uns und zwar aus lauter Gnade gerecht und selig macht. Genau gesprochen macht also die Erwählung selig und nicht der Glaube, indess sagt die Schrift auch der Glaube, weil er das sicherste Zeichen ist unserer Erwählung. Wer sich auf die Barmherzigkeit Gottes in Ch. verlässt, der hat das sicherste Zeichen seiner Erwählung, der Glaube ist das Pfand.«

IV. 122. Non quasi fides velut opus sit, cui debeatur peccatorum venia, sed quod qui fidem habent in deum, sciunt citra omnem ambiguitatem, deum sibi esse per filium suum reconciliatum et peccati chirographum sublatum. 60. Per fidem remitti peccata i. e. solam fidem certum reddere hominem de remissis sceleribus.

Calv. III. xi. 7. Vim justificandi non inesse fidei ex se ipsa, sed quatenus Chum. recipit, libenter admitto, nam si per se vel intrinseca virtute justificaret fides, ut est semper debilis et imperfecta, non efficeret hoc nisi ex parte. Deum unum justificare dicimus proprie loquendo, deinde hoc idem transferrimus ad Chum., fidem vero quasi vasi conferrimus.

Alst. 629. Causa efficiens justif. passive sumtae est fides, per quam, non propter quam dicimur justificati. Fides dicitur justificans metaleptice; ita ut continens pro contento ponatur s. instrumentum pro re instrumento apprehensa, neque enim proprie fides nos justificat, sed Ch. fide apprehensus.

Schl. »Falsch ist, dass der Mensch den Glauben aus sich selbst entwickle; der Glaube ist vielmehr selbst ein Werk des göttl. Geistes.«

5) Auch das Verdienst Christi ist nicht die uns rechtfertigende *causa prima*, sondern Gottes freier Gnadenrathschluss, der aber zu seiner Ausführung die verdienstliche Leistung Christi vorherbestimmt und in dieser sich offenbart und vollzieht.

Calv. II. xvii. 1. Regula vulgaris est, quae subalterna sunt non pugnare, ideoque nihil obstat, quominus gratuita sit hominum justificatio ex mera dei misericordia et simul interveniat Chi. meritum, quod dei misericordiae subjicitur; nam Ch. nonnisi ex deo beneplacito quicquam mereri potuit.

Beza qu. I. 56. Principium salutis nostrae a deo est, qui prior nos nondum natos imo etiam ante jacta mundi fundamenta elegit in

Cho. et prior nos suo tempore natos diligit, non Cho. jam reipsa donatos et insitos, sed donandos.

Alst. 635. Deus primam justificationis causam sumsit a se et in se. 629. Et meritum quidem cernitur in Chi. vita et morte.

Bucan. 346. Fides justificat non intrinseca sua dignitate s. merito, sed quod oblatam justitiam Chi. recipit. 333. Ch. obedientia sua justificationem nobis acquisivit. 334. Gratia proprie dei justificat, nam et Ch. ipse cum sua satisfactione est donum dei gratuitum, et ex gratia est, quod deus propter alienam justitiam justificet. 337. Gratuitum est patris de nobis redimendis decretum.

Schl. »Den göttl. Act, welcher die Rechtfertigung hervorbringt, können wir uns nicht unabhängig denken von der Wirksamkeit Chi. in der Bekehrung.«

IV. Auch ins *foedus gratiae* eingetreten, wissen wir unser Heil schlechthin von der Gnade abhängig und nicht etwa gleichsam uns selbst anvertraut. Diess pflegt man theils so auszudrücken, dass die Rechtfertigung als Zuerkennung der Sündenvergebung immer auf die Gnade begründet bleibe, nicht aber eine *justitia infusa* sei oder ein habituelles, uns zu eigen gewordenes Heiligsein, sondern eine *justitia imputata;* theils aber so, dass gesagt wird, nicht unsre eigne, sondern allein Christi Gerechtigkeit sei das, was uns rechtfertigt, immerhin zwar als Execution freier Beschlüsse.

1) Die *justificatio* als *actus forensis* ist nicht etwa auf eine uns eingeflösste und von da an habituelle Heiligkeit oder mitgetheilte göttliche Substanz (Osiander) gegründet; eben so wenig etwas der Sündenvergebung erst folgendes.

Calv. I. xv. 4. Regeneratio per spiritum gratiam non tollit. Hic est regenerationis finis, ut nos Ch. ad imaginem dei reformet. 5. Osiander monstrum essentialis justitiae invexit. Conceperat vir ille quiddam affine Manichaeis, ut essentiam dei in homines transfundere appeteret. Nos unum esse cum Cho. fatemur, interea negamus, misceri Chi. essentiam cum nostra. Non contentus ea justitia, quae nobis obedientia et sacrificio Chi. parta est, fingit nos substantialiter in deo justos esse tam essentia quam qualitate infusa; — non solum Chum. sed patrem et spum. in nobis habitare. Quod etsi verum esse fateor, perverse tamen ab eo torqueri dico, — quasi deus se in nos transfundat, quasi parem sui faciat; neque justificari nos sola media-

toris gratia, nec in ejus persona justitiam simpliciter vel solide nobis offerri, sed nos fieri justitiae divinae consortes, dum essentialiter nobis unitur deus.

Musc. 272. Non probamus quod alii justificationem separant a peccatorum remissione quasi remissio praemittatur, justificatio sequatur.

Keck. 207. Vocabulum justif. forense est. Itaque probari non potest quod Bellarmin. dicit, vocabulum just. significare justitiae alicujus infusionem.

Alst. 635. Justitia qua coram deo justificamur, non est natura sed gratia, non essentia dei sed imputatio, non qualitas inhaerens sed relatio et communicatio beneficii Chi. non substantia ipsa Chi. sed meritum ipsius. Justitia enim inhaerens pertinet ad sanctificationem.

Ryss. I. 473. Justif. evangelica non in justitia nobis inhaerente fundatur. Pontif. causam, propter quam deus nos justificat, esse justitiam dei, quae nobis infusa interne nos justos constituat. Nos: propter solam Chi. justitiam, non nostram, deus nos justificat. Justificamur propter Chi. justitiam nobis imputatam.

Schl. »Bei bloss declaratorischer Rechtfertigung könnte der Schein entstehen, als ob die Erlösung dem Einzelnen angeeignet würde lediglich durch diesen declaratorischen Act, also willkürlich. Ist der Einzelne von der göttlichen Gnade ergriffen, so scheint ein besonderer declaratorischer Act nicht nöthig.«

2) Sondern es wird dem durch Glauben mit Ch. Geeinten die volle Gerechtigkeit Christi, obgleich das ergriffene neue Leben noch sehr unvollkommen und hienieden nie vollkommen verwirklicht wird, zugerechnet, und die Sünde durchaus vergeben, obgleich sie immer noch nachwirkt.

Zw. IV. 122. Qui fidei scuto est tectus, scit se esse dei electum illo ipso fidei fundamento et securitate. Atque hic est arrhabo spiritus, quo sibi mentes nostras devincit, ut — uno fidamus. Hic est panis ille, quem qui manducabit, non esuriet.

Calv. III. xi. 2. Justificationem in peccatorum remissione et justitiae Chi. imputatione positam esse dicimus. 23. Sola intercessione justitiae Chi. quae nobis imputatione communicatur justificamur. 6. Si (Osiander) tantum diceret, Chum. nos justificando essentiali conjunctione nostrum fieri, nec solum quatenus homo est esse caput nostrum, sed div. etiam naturae essentiam in nos diffundi — non tanta propter hoc delirium esset excitanda contentio; sed quum

principium sit quod multa alia occultat — — — nisi velimus pati nobis justitiam illam eripi, quae sola de salute gloriandi nobis fiduciam adfert, acriter resistere necesse est. Nam nomen justitiae et verbum justificandi ad duas partes extendit, ut justificari sit non solum reconciliari deo gratuita venia, sed etiam justos effici, ut justitia sit non gratuita imputatio, sed sanctitas et integritas quam dei essentia in nobis residens inspirat. 11. Justos censeri qui re ipsa non sunt. Haec est mirabilis justificandi ratio, ut Chi. justitia tecti non exhorreant judicium, quo digni sunt, et dum se ipsos merito damnant, justi extra se censeantur.

Schl. »Sobald mit dem Glauben die neue Gemeinschaft mit Ch. entstanden ist, so muss offenbar das Bewusstsein der Verschuldung und Strafwürdigkeit aufhören. Nicht zwar als ob wir der Sünde vergässen, je ununterbrochener wir von Ch. getrieben werden, denn diess hiesse die Veränderung erst an das Ende der Heiligung setzen, auch wäre Vergessen der Schuld kein Bewusstsein der Sündenvergebung. Aber in der Gemeinschaft mit Ch. hat der neue Mensch die Sünde nicht mehr thätig, sondern nur als Nachwirkung in sich und er kann gesellige und natürliche Uebel nicht mehr als Strafen erkennen.«

3) Die Rechtfertigung besteht also in der *remissio peccatorum* und in der *imputatio justitiae Chi.* Jene wird als das Erste und Wesentliche hervorgehoben; aber beide, dort negativ, hier positiv ausgedrückt, sind Eins.

Calv. III. xi. 21. Justitia fidei est reconciliatio cum deo, quae sola peccatorum remissione constat. — Quem dominus in conjunctionem recipit, eum dicitur justificare. Istud addimus fieri per peccatorum remissionem. Nam si ab operibus aestimentur — reperientur etiamnum revera peccatores. 23. Sola intercessione justitiae Chi. nos obtinemus, ut coram deo justificemur. Quod perinde valet ac si diceretur, hominem non in se ipso justum esse, sed quia Chi. justitia imputatione cum illo communicatur.

Aret. 191. Remissio pecc. porta est, per quam ingredimur in coetum electorum; cum enim pec. nos a deo separet, constat reconciliationem locum habere non posse, ubi durat pec. irremissum.

Beza qu. I. 53. Imputationem voco dei patris beneficium, quo dignatur obedientiam Chi. nostram ducere perinde ac si ipsimet implevissemus legem et pro peccatis nostris satisfecissimus. 54. Aliena quidem haec justitia est quatenus extra nos est et in alio subjecto,

residet, nempe in Cho.; sed aliena non est quatenus illud ipsum subjectum nempe Ch. nostrum est atque adeo spiritualiter per fidem factum est unum nobiscum. Ergo non imputatione solum sed revera nostrum est? Id consequeretur si eorum sententiam sequeremur, qui ipsius substantiae Chi. unionem realem credunt ita ut ore comederetur et trajiceretur in nos. Vides ergo, quod dogma, trans- et consubstantiationis non modo carnis Chi. veritatem tollit sed etiam doctrinam de imputatione.

Musc. 272. Non probamus, quod alii justificationem separant a pecc. remissione; sic et div. natura Chi. non separanda ab humana.

Polan. 1469. An non sola persolutio poenae, quam Ch. nostro loco subiit, an vero totius legis obedientia, quam Ch. in se habuit perfectissimam, — atque adeo perfecta illa cum tota lege divina conformitas, quae in humana Chi. est natura, quam pro nobis suscepit, nostra fit justitia, per quam coram deo justificamur? Ut credimus, persolutionem poenae, quam Ch. nostro loco subiit, nobis in justitiam imputari, ita etiam credimus, legis perfectissimam impletionem a Cho. factam nobis in justitiam imputari. 1470. Quod a Papistis et aliis in controversiam trahitur. 1472. Papani negant, justitiam s. conformitatem illam perfectissimam cum lege, in hum. Chi. natura haerentem, nobis imputari. 1467. Hactenus de imputatione justitiae Chi. sequitur de remissione peccatorum, quae est secunda gratiae justificationis pars. Synecdochice tamen frequenter pro tota justificatione ponitur; nam remissio peccatorum imputationem justitiae Chi. necessario ponit.

Alting. 265. Forma est posita in remissione peccatorum et imputatione justitiae. Materia est Chi. satisfactio et meritum. In Cho. homo justus censetur et pronunciatur. Effecta sunt adoptio, libertas spiritualis, conscientiae tranquillitas, accensus ad deum, nova obedientia, certitudo gratiae.

Marbs. 140. Nec opus est, minutatim conscindere pretium, ut illi parti liberatio a morte et abjudicatio injustitiae, huic justitiae adjudicatio et acquisitio vitae tribuatur.

Schl. »Entsprechend der Bekehrung besteht auch die Rechtfertigung aus der Sündenvergebung und Adoption. Beide sind ganz dasselbe.«

4) Die Imputation der Gerechtigkeit Chi. entspricht der Imputation unsrer Sünden auf Ch.

Beza ib. Sicut quidquid est in nobis defectus justitiae et labis peccati extra Chum. est et tamen ei imputatum est: sic vicissim obedientia Chi. extra nos quidem est, uni Cho. inhaerens, et tamen no-

bis imputatur. Fundamentum hujus imputationis hoc est, quod ille unum est nobiscum spirituali modo, ut ille fuerit non in sese sed in nobis peccator, et nos non in nobis sed in ipso justi censeamur.

V. Die ganze Lehre ruht auf vollem Begriff des Gerechtseins vor Gott, wie nur Ch. ihn verwirklicht, dann aber auf dem Begriff einer uns in Ch. bestimmten vollständigen Rechtfertigung, in welcher durchaus alle Sünden vergeben sind, so dass durchaus keine weitern Satisfactionen nachträglich und ergänzend zu leisten sind.

1) Gerechtsein vor Gott ist ein so hoher Begriff, dass nur Ch. vermöge des ihn beseelenden Logoslebens ihn vollkommen verwirklicht.

Calv. III. xii. 1. Dei justitiam non cogitant, cujus vel si minimo sensu afficerentur, numquam tanto eam ludibrio haberent. Nihil ei acceptum est nisi omni ex parte integrum et absolutum, quale in homine reperire nec licuit umquam nec licebit. Facile est in scholarum umbraculis de operum dignitate ad justificandos homines nugari; sed ubi in conspectum dei ventum est, facessant tales deliciae oportet. 2. Talis est justitia dei, cui nullis humanis operibus satisfiet. 3. Omnium una spes est, quod mediatorem habemus Chum.

Beza qu. I. 58. Justi fimus eo usque, ut plenissime non tantum aboleatur quicquid in nobis totis inest turpitudinis, qua deus summe purus offendi poterit, verum etiam in nos comperiatur quicquid in hac humana natura usque adeo potest eum delectare, ut illud vita aeterna pro bona sua voluntate coronet. Itaque ut justus coram deo sit quispiam, duo requiruntur, absentia omnis peccati et omnis justitiae impletio, quod nemo Cho. excepto habuit.

2) In Ch. wird eine vollständige Rechtfertigung dargeboten, Erlassung aller Sünden, der vor und der nach der Bekehrung vorkommenden, der Erbsünde und der wirklichen Sünde, so dass keine weitern Satisfactionen nöthig sind und solche nur aus Kleinglauben und unvollständiger Würdigung des Verdienstes Chi. geschätzt und gesucht werden könnten.

Calv. II. xvii. 1. Nostris autem operibus apte opponitur tam gratuitus dei favor quam Chi. obedientia, suo ordine utrumque, nam Ch. nonnisi ex dei beneplacito quicquam mereri potuit. Sed quia ad hoc destinatus erat, ut iram dei sacrificio suo placaret suaque obedientia deleret transgressiones nostras; in summa quando ex sola dei gratia,

(quae hunc nobis constituit salutis modum), dependet meritum Chi. non minus apte quam illa humanis omnibus institutis opponitur.

Conf. Helv. II. c. 14. Improbamus illos, qui suis satisfactionibus existimant se pro commissis satisfacere peccatis. Nam docemus, Chum unum morte vel passione sua esse omnium peccatorum satisfactionem.

Arct. 196. Pecc. omnia remittuntur sanctis, alias Chi. meritum non esset perfectum; quare non est purgatorium.

Bucan. 341. Justitia Chi. aliena est quatenus extra nos est et in Cho. residet; sed aliena non est, quatenus nobis destinata nobis imputatur. Est enim nostra justitia, quatenus Ch. noster est adeoque per fidem factus est spiritualiter unus nobiscum, ex communione, quam vinculo sp. si. habemus cum ipso capite.

Keck. 210. Satisfactio Chi. sufficientissima est et plenissima, et plenaria vi nos justificat nullo alio vel nostro vel alterius extra Ch. concurrente merito. Quae de satisfactionibus et meritis extra Ch. quaerendis Rom. ecclesia docet, ea derogant perfectioni ejus satisfactionis.

Mares. 138 Ad plenitudinem satisfactionis Chi. pertinet quod 1) reatus pec. originalis ablatus sit ab electis, 2) nec solum pec. orig. ut perperam Remonstr. et quidam Scholastici sentiunt, sed omnia actualia peccata tum omissionis tum commissionis electorum et fidelium ita sunt deleta, ut illis amplius non sint imputanda ad condemnationem. Nec audiendi sunt Pontif. dum volunt distinguere inter pecc. commissa ante baptismum et quae illum sequuntur, mortalia et venialia, reatum culpae et poenae, poenam temporalem et aeternam, ut restringant satisfactionem Chi. 1) ad pecc. antebaptismalia, 2) ad mortalia 3) ad reatum culpae, 4) ad poenam aeternam, statuuntque hominibus ipsis satisfaciendum esse pro peccatis post baptismum admissis, saltem venialibus et quoad reatum poenae temporalis, idque vel in hac vita per opera poenalia, vel in futuro per ignem purgatorium; — — ad propriam justitiam, confessionis auricularis necessitatem, peregrinationum et indulgentiarum, Missas pro mortuis et purgatorii terriculamentum incrustanda. Nec confundi debent satisfactiones canonicae in foro externo ecclesiae, aut reparativae, quae debentur proximis laesis cum satisfactione solutiva, quam isti urgent in foro conscientiae apud deum. — Et si quae immittuntur calamitates fidelibus, illae non sunt poenae satisfactoriae sed medicinales et emendatoriae.

Ryss. I. 375. Chi. satisfactio ita erat perfecta, ut nullis post eam satisfactionibus humanis locus esse possit. Contra Pontif. 379. Meruit

nobis obedientia sua jus vitae aeternae et acquisivit. Contra Remonstr. qui dicunt, possibilitatem salutis tantum acquisivisse. 380. Meruit nobis spiritum regenerationis ac fidei.

Ryss. 600. Scriptura vocat coenam Di., eucharistiam, mensam Di., communionem, fractionem panis, σύναξιν, λειτουργίαν, θυσίαν, non quod existimarent veteres, esse aliquod sacrificium, sed quia in ea erat collatio et oblatio eleemosynarum, quae sunt spirituale sacrificium, et quia est repraesentatio sacrificii in cruce oblati — —. 603. Vox Missae non hebraicae originis est a מס, tributum, vel משתה, convivium, sed latinae, quia missa s. missio catechumenorum fiebat antequam celebrarentur mysteria, per clausulam: ite, missa est (ecclesia).

II. Das h. Abendmahl ist als sacramentliches Gnadenmittel wirksam, indem es das Wort Gottes auf sinnlich symbolische Weise unterstützend theils und wesentlich die Heiligung und die in dieser fortdauernde Vergebung aller Sünden darstellt und versiegelt, theils aber als feierliches Bekenntniss und erneuertes Gelübde unsere Einigung mit Ch. und der Gemeinde fördert.

1) Das h. A. bietet uns die mit der Heiligung verbundene Gnade dar als ein sinnliches Zeichen und Siegel der in Ch. gegebenen Vergebung der Sünden und fortschreitenden Erneuerung des Lebens, welche der h. Geist in uns wirkt.

Zw. IV. 117. Eucharistiae tribuitur ipsa expiatio, quum in euch. nihil quam expiationis, mactatione Chi. dei et hominis factae, memoria et gratiarum actio fiat. Symbola et praedicationis verba illam nuntiant tantum. Solus sp. est qui mentem ad hunc fontem trahat, quo reficiuntur animi, qui peccatorum desperatione contabuerant. Externae res nihil ad fidem ac remissionem adferunt, nihil quam nuntiare et significare — —. Sp. operatus est antequam externa et

symbolica geraniur. Non quasi panis sit corpus Chi. aut manducatus venenum peccati diluat, sed quod divina bonitas nobis tam suavis et familiaris est, ut sensui quoque nostro rerum internarum ac spiritualium umbras quasdam ac species exhibeat, quas idcirco iisdem nominibus, quibus res ipsae appellantur, dignatur, quod rerum verarum Sa. sunt et significationes. 118. Res est Ch. pro nobis oblatio factus, quae quidem res nunciatur, praedicatur et creditur ab his, qui coenam dominicam agunt. Res menti praesens est, quod deus filium suum totum nobis donaverit, invisibilis res est, panis signum hujus rei.

Calv. 1. Hoc So. nos reservat et sustinet in ea vita, in quam Bo. recepit. Unicus animae cibus Ch. est, qui non secus animas sustentat, quam panis et vinum corporalem vitam. 11. Effectus est redemtio, justitia, sanctificatio et quae alia beneficia Ch. nobis confert. 1. 21. Neque vero per peccatorum remissionem nos in ecclesiam modo semel recipit dominus, sed per eandem nos in ipsa conservat et tuetur. Nemo enim non sibi conscius est per totam vitam multarum infirmitatum, quae dei misericordia indigent, itaque assidua in remittendis delictis domini gratia opus est. Peccatorum remissio nobis facta est et quotidie fit iis, qui in ecclesiae corpus inserti sumus. 23. Novatiani et Anabapt. fingunt, regenerari dei populum in Bo. in puram vitam, quae nullis carnis sordibus vitietur; peccatori post acceptam semel gratiam lapso veniam nullam faciunt.

Conf. Helv. II. 21. Visibiliter hoc foris So. per ministrum repraesentatur et veluti oculis contemplandum exponitur, quod intus in anima invisibiliter per ipsum sp. sum. praestatur.

Keck. 217. Coena Di. est S. N. Ti. quo pane comesto et vino bibito fidelibus ex institutione Chi. mediatoris significatur et obsignatur arctissima unio cum capite Cho. et ex illa unione promanans fruitio omnium beneficiorum passione et morte Chi. partorum cum sustentatione ad vitam aeternam.

Wolleb. 173. Finis Sorum. est foederis gratiae obsignatio; effecta non sunt justificatio et sanctificatio tamquam ex opere operato sed utriusque confirmatio et obsignatio.

Marbs. 622. (controv. contra Lutheran.) An Sa. ex se efficiant et producant ipsam gratiam quam obsignant, atque rem significatam exhibeant et conferant non credentibus? Neg.

Schl. »Der Nutzen des A. ist Befestigung der Vereinigung mit Ch., woraus von selbst fliesst: Stärkung des Glaubens, Vergebung der Sünden, Kraft zur Heiligung.«

2) Wesentlich bietet das h. A. dieselbe Gnade dar wie die h. T. (und das Wort Gottes selbst); wie aber dasselbe Heilsleben in Wiedergeburt und Heiligung unterschieden wird, so kann auch gesagt werden, die h. T. symbolisire die zur Aufnahme ins *foedus gratiae* gehörige Gnade, das h. A. aber die zum Stehen und Fortschreiten im *foedus gratiae* gehörige Gnade; d. h. bei der T. denke man mehr an die frühern Sünden und Erbsünde, beim A. mehr an die immer noch vorkommenden Sünden.

Hyper. 451. In Bo. infantulorum remittitur pec. orig. in quibus unum illud peccatum locum habet; si qui baptizantur adulti, his non originale modo, verum etiam actualia omnia condonantur.

Musc. 284. In Bo. sacramentaliter confertur remissio, quae pertinet ad pec. orig. et ad actualia, quae Bum. antecesserunt.

3) Zu dieser objectiven Wirkung des Gnadenmittels kommt die subjective Bedeutung des h. A. noch hinzu, denn auch die öffentliche Declaration unsers Glaubens und Strebens wird uns zum Segen, indem sie unsere Einigung mit Ch. und der Gemeinde erneuert.

Zw. III. 231. Coena Di. damus experimentum, quod morte Chi. fidamus, quum gratulantes et laeti adsumus in eo coetu, qui domino gratias agit pro beneficio redemtionis. 240. Ch. hac coena voluit jucundam sui commemorationem fieri, gratiasque publicas haberi pro beneficio, quod in nos liberaliter expendit, est enim eucharistia gratiarum actio. Qui — huic interest, toti se ecclesiae probat, ex eorum esse numero, qui Cho. fident, unde et communio vocatur.

Calv. IV. xvii. 37. Coena Di. nos admonet, ne tam — effusae beneficientiae ingrati simus, quin potius laudibus praedicemus eam. Celebratur in memoriam Chi. mortui, i. e. publice palam fateri, totam salutis ac vitae fiduciam in morte domini positam nobis esse, ut nostra illum confessione glorificemus, et alios nostro exemplo exhortemur. Secundus usus ad confessionem externam attinet, tertius est exhortatio ad sanctimoniam vitae. Ergo 1) confirmatio fidei, 2) confessio externa, 3) excitatio ad officium.

Beza qu. II. 138. Quum ex eadem mensa eundem cibum et potum accipiamus, unius ejusdemque familiae nos esse profitemur.

Kecк. 221. Principalis terminus est tum commemoratio gratae mortis Chi. tum confirmatio fidei nostrae erga promissionem gratiae propter mortem Chi. nobis partae. Terminus minus principalis est

publica professio et admonitio de unione membrorum ecclesiae, ut cum capite Cho. ita etiam inter se.

Rtss. 604. Finis s. usus primarius est confirmatio ejus fidei, qua peccator resipiscens credit, se cum deo per mortem filii reconciliatum esse certo, ac proinde mediatoris sui mortem gratissima mente commemorat et praedicat. Secundarius est confessio publica.

4) Diese Wirkungen kann das h. A. gerade so wie die h. T. nur sacramentlich exhibiren und wirken, nur wo der h. G. durch das Gnadenmittel wirkt und die gläubige Empfänglichkeit aufregt; aber das S. wirkt dann sacramentlich mit, d. h. äusserlich darstellend und versiegelnd, was innerlich gewirkt werden will.

Zw. IV. 117. Constant ex signo et re, non quasi panis simul signum sit et res, panis sc. atque corpus Chi. naturale; 118. sed quod panis signum sit, res autem ipsa Ch. vere pro nobis traditus. Hujus rei panis symbolum est, quod sensui offertur, res autem ipsa menti praesens est. Nefas est nos tam stupidos esse, ut quod solius dei est rei sensibili tribuamus et vertamus tum creatorem in creaturam, tum creaturam in creatorem.

Calv. 11. Duabus rebus constat s. coenae mysterium, corporeis signis et spirituali veritate, quae per illa figuratur et exhibetur. Materia est Ch. cum sua morte et resurrectione. 6. Est fidei manducatio, credendo manducamus Chum. quia fide noster efficitur, ut Aug. ait: manducamus credendo.

Keck. 220. Fundamentum ex parte nostri est fidelis perceptio sacrorum signorum. 218. Unio signorum cum re signata est talis, qualis ipsa Sorum. natura est.

5) Diese sacramentliche Mitwirkung ist dem h. Abendmahl verliehen, nicht wegen der Intention oder angeblich segnenden Kraft des Administrirenden, sondern durch die Institution und Bestimmung, welche Ch. dem S. gegeben.

Catech. Genev. (ap. Niemeyer). 160. Conscientias stabilire S. a se ipso non habet, sed ex dei voluntate, propterea quod sit in hunc finem institutum. — movere et afficere corda, illuminare mentes, conscientias reddere certas ac tranquillas, solius spus. est; — minime tamen hoc obstat, quominus Sis. deus utatur tamquam secundis organis, eaque in usum adhibeat, prout visum fuerit.

Conf. Helv. II. c. 21. In coena Di. spiritualiter cibantur fideles, auctor enim hujus coenae est ipse dei filius, qui primus eam ecclesiae

suae consecravit. Durat et consecratio et benedictio adhuc apud omnes eos, qui illam ipsam coenam celebrant, quam D. instituit.

Beza qu. II. 150. Intentio consecrantis non necessaria, pendet vis omnis a dei instituto. Indigni ministri, si modo vocati sunt, praebent integrum Sum.

Ryss. 603. Causa efficiens s. coenae principalis est Ch.; ministerialis ministri legitime vocati. 604. Consecratio non fit pronunciatione verborum.

Schl. »Alle Wirkung geht unmittelbar und ungetheilt von dem Worte der Einsetzung aus, in welcher sich die erlösende und Gemeinschaft bildende Liebe Chi. darstellt und regt.«

III. Das durch die Gnadenmittel zu fördernde Heil des *foedus gratiae* ist zeitlich erworben und dargeboten durch Ch., somit ein Heil in Ch. und wenn Wiedergeburt und Heiligung nur als Einverleibung des Menschen in Ch. oder als Aneignung Chi. sich verwirklichen: so müssen die symbolischen Unterpfänder d. h. die Sacramente nicht bloss im Allgemeinen das Heil des *foedus gratiae*, sondern speziell die in Ch. gegebene Gnade abbilden. Da nun diese namentlich in seinem Tode dargeboten wird, so bezeichnen die S. den Process der innern Aneignung Chi. und namentlich seines Erlösungstodes. T. und A. symbolisiren die erlösende Wirkung des Todes Chi. Das h. A. hat aber die Besonderheit, dass es theils das erlösende Sterben Chi. speziell als Gebrochenwerden seines Leibes und Vergossenwerden seines Blutes im Brechen und Vertheilen des Brotes und im Ausgiessen oder Austheilen des Weines abbildet; theils im Essen des Brotes und Trinken des Weines die innigste Assimilation Chi. in unser inneres Leben darstellt, vor welchem Gesichtspunkt gar oft der erstere, d. h. der Tod Chi. zurücktritt, und das A. etwas einseitig nur als Symbol der innern Aufnahme Chi. überhaupt ausgelegt wird. Es soll vielmehr das A. Symbol sein der innern Aneignung des in der Dahingabe Christi uns bereiteten Heils, sowol des imputirten als des mitgetheilten. Die Einsetzungsworte müssen in jedem Fall irgendwie uneigentlich verstanden werden, und was als Gegenbild oder Sache genannt wird ist jedenfalls theils nicht Christi Leib und Blut als solche, sondern der dahingegebene Leib und das vergossene Blut, d. h. das Sterben Christi, der Erlösungstod; theils nicht

die blosse Leiblichkeit, sondern die ganze gottmenschliche Persönlichkeit Chi.

1) Das h. A. ist Symbol näher des erlösenden Todes Chi. und der innern Aneignung des Erlösers, wie beides, somit Begnadigung und Erneuerung, den schon Wiedergebornen immerfort anzueignen ist als die Speise des innern Menschen.

Calv. 1. Signa sunt panis et vinum, quae invisibile alimentum quod percipimus ex carne et sanguine Chi. nobis repraesentant. 28. Sub panis signo pascemur ejus corpore, sub vini symbolo ejus sanguine potabimur, ut demum toto ipso perfruamur.

Beza qu. II. 132. Coena Di. est actio sacra adultis fidelibus a Cho. mandata, in qua elementorum et rituum conveniente analogia tum mortis ipsius memoria nobis repraesentatur, tum nostra in ipsum incorporatio spiritualiter per fidem obsignatur, tum mutua nostra in ipso conjunctio sancitur, solemnis deinde gratiarum actio ipsi persolvitur. 135. Panis ille est illius corporis pro nobis traditi, vinum illius pro nobis effusi sanguinis, utrumque denique totius Chi. ut aeterni nostri cibi signum sacramentale.

Keck. 220. Fundamentum ex parte rerum sacramentalium est analogia inter panem et vinum, et inter corpus et sanguinem Chi. Sicut panis et vinum efficacem vim habet nutriendi corpus, ita etiam corpus et sanguis Chi. atque adeo beneficia ex morte et passione promanantia hominem fidelem interne nutriunt ac sustentant ad vitam aeternam. 218. Correlatum coenae Di. est corpus Chi. et sanguis, i. e. tota ejus substantia, cui fideles uniuntur, cum omnibus beneficiis ex passione et morte ipsius ad vitam aeternam nos sustentantibus.

Wolleb. 186. S. coena est alterum N. Ti. S. in quo Christianis adultis panis et vini usu a Cho. mandato spiritualis participatio corporis et sanguinis Chi. obsignatur.

Alst. 737. Totus Ch. θεάνθρωπος est res significata in s. coena, quatenus pro nobis est crucifixus. Hoc enim est cibus et potus animarum, qui significatur, obsignatur et exhibetur nobis per panem et vinum, si praediti sumus vera fide.

A Diest. 268. — per panis fracti et vini fusi perceptionem oralem significans et obsignans spiritualem communionem corporis Chi. in cruce fracti et sanguinis effusi in remissionem pecc.

Rvss. II. 354. Pontificiorum crassam transsubstantiationem Lutherus mitigat docendo inclusionem Chi. in elementa, consubstantialitatem, συνουσίαν. Certe Ch. praesens est, sed non sensibus.

Schl. »Leib und Blut Chi. essen kann nichts anderes sein, als

was Jesus sonst auch, wo von Brot und Wein gar nicht die Rede ist, mit diesem Ausdruck bezeichnet, nämlich sein Leben an die Seinigen mittheilen, sich selbst hingeben zur Stärkung ihres geistigen Lebens.«

2) Ist Leib und Blut Chi. als des Gekreuzigten offenbar nicht exclusiv verstanden, d. h. mit Ausschluss theils der menschlichen Seele Chi., theils des seine Person constituirenden Logos; ist eben so offenbar nicht vom Geniessen Christi im Allgemeinen die Rede, sondern von der innern Aneignung des für uns dahingegebenen Erlösers; so müssen die Einsetzungsworte anders als buchstäblich verstanden sein.

Zw. III. 344. Ch. est animabus cibus. Carnem Chus. nominat, quatenus in mortem tradita est, sed de toto Cho. loquitur. 595. Vult Ch. nisi carnem ejus edamus i. e. nisi credamus mortem eum pro nobis obiisse et sanguinem effudisse, vita nos carituros. Rursus si carnem ejus edamus, i. e. pro nobis mortuum, credamus, quod jam Ch. sit in nobis et nos in ipso. Sed estne Ch. in quoquam corporaliter? Minime. Tunc edimus corpus Chi. quum pro nobis creditur caesum. Fides ergo est non manducatio, de qua Ch. hic (Joh. VI.) loquitur. 246. Caro Chi. omnino plurimum, imo immensum prodest, sed ut diximus caesa, non ambesa. Caesa nos servavit a caede, sed ambesa penitus nihil prodest.

Calv. 21. Verba Chi. metonymica sunt, quemadmodum saepe, ubi de mysteriis agitur, e. c. circumcisionem esse foedus. 3. Diligenter observandum est, potissimam ac paene totam Si. energiam in his verbis sitam esse, »quod pro vobis traditur, qui pro vobis effunditur«: alioqui non magnopere nobis conduceret, corpus et sanguinem Di. nunc distribui, nisi in redemtionem ac salutem nostram exposita semel fuissent.

Pet. Mart. de So. euch. 248. Dicunt, Chum. praesens coenae adesse, sed per synecdochen, quoniam altera pars Chi. i. e. divinitas vere praesens adest.

Keck. 218. Correlatum coenae est corpus Chi. et sanguis i. e. tota ejus substantia cum omnibus beneficiis.

Alst. 737. Totus Ch. est res significata, quatenus pro nobis crucifixus est. Participes fimus personae Chi. divinae, carnis item et sanguinis Chi. in s. coena, ita ut Ch. in nobis habitet, et nos illi conjungamur pari vinculo, quale est inter caput et membra ejusdem corporis. Deinde fimus participes omnium fructuum mortis et resurrectionis Chi. Et quia in unum corpus mysticum cum Cho. coalescimus, etiam inter nos invicem habemus communionem.

Ryss. 603. Materia interna est Ch. cum tota satisfactione et merito suo.

3) In den Einsetzungsworten ist jedenfalls ein tropischer Sinn, denn es widerstreitet wie der Situation so dem Begriff eines S. Zeichen und Sachen zu vermischen; so innig auch ihre Analogie sein mag, so ist das Zeichen nicht buchstäblich die Sache selbst. Exegetisch am einfachsten wird der Copula der Tropus zugeschrieben, Zwingli, Calvin; nicht dem Prädicat, Oekolampad; oder gar dem Subject, Carlstadt. (Schenkel S. 491. f.)

a. Zw. 253. Cogunt dicta Chi. verba »caro non prodest quicquam« — ut jam ista: »hoc est corpus meum,« nulla ratione vel possis vel debeas de corporea carne aut sensibili corpore intelligere. — Corporeum illum et crassum sensum habere nequeunt. Prodierunt hac nostra tempestate qui dicerent symbolicum sensum in ista voce hoc deprehendi oportere (Carolostadius). 254. Commendo eorum fidem, non qua nimis imprudenter haec verba tractare audent, sed qua viderunt consistere nequire, ut hic corpoream carnem intelligamus. Contendunt, — ut hoc non demonstret panem quem acceperat Ch. sed ipsum sensibile Chi. corpus. — At sic frigebit omnis actio; quid enim Ch. tanto apparatu opus habuit si nihil aliud volebat dicere, quam corpus hoc suum, ut dicitur, jam inter sacrum ac saxum stare? Quorsum enim attinet: benedixit, gratias egit, fregit, dedit? — 255. Et quid hic quaeso in ejus commemorationem facere jubentur? — Non sic vis facienda verbis, etiam ubi fides alium esse sensum non ambigit.

Wendel. 896. Subjectum est hoc, quo Ch. significat panem, quem de mensa accepit, fregit et distribuit. Τοῦτο refertur ad solum panem. 898. Quod significatur per pronomen hoc, id est symbolum et sacramentum corporis Chi.

b. Oecolampad. De gemina verborum Di. hoc est corpus meum — expositione liber. 15. Neque in hoc contenderim, si quis per corpus magis figuram corporis, quam verbum est per significat vult interpretari, nam id ipsum et mihi arridet.

c. Zw. III. 255. Difficultas universa non in pronomine hoc sita est, sed in voce nihilo majore, puta in verbo est. Nam ea in s. literis non uno loco pro significat ponitur. 256. Bis testimoniis patebit Genes. 41, 26. »septem boves — sunt septem anni«; Luc. 8. 11. »Semen — est verbum dei.« 257. Ergo si fides sensum literalem tolerare nequit, quia »caro non prodest quicquam«, patet: erit hujus verbi hoc loco alia significatio; ponitur est pro significat.

Cons. Tigur. 22. Qui in solennibus coenae verbis sensum praecise literalem urgent, eos tamquam praeposteros interpretes repudiamus; nam extra controversiam ponimus, figurate accipienda esse, ut esse panem et vinum dicantur id quod significant.

Calv. 21. Restat ut propter affinitatem, quam habent cum suis symbolis res signatae, nomen ipsum rei fateamur attributum fuisse symbolo; figurate id quidem, sed non sine aptissima analogia. — Corpus Chi. panis hodie nuncupatur, quando symbolum est, quo veram corporis sui manducationem offert nobis D.

Beza qu. II. 100. Tropus non est in attributo, quasi corpus ecclesiam significaret; est tropus in copula.

Keck. 218. Verba institutionis, cum de Sc. loquuntur, sacramentaliter intelligenda sunt, non autem substantialiter de *μετουσία* aut *συνουσία*.

Alst. 739. Promissio illa: hoc est corpus meum, sacramentaliter accipienda; illud enim fit in Sis. ut nominibus permutatis signum pro re ipsa accipiatur, ut ait Theodoretus, et Tertull. diserte vocat panem figuram corporis Chi. Aug. quoque docet, verba illa Chi. tropice accipienda esse. Alioquin immane facinus a Cho. praeciperetur, quod vel sentire nefas est.

Ryss. 611. Verba coenae non proprie et literaliter, sed tropice et sacramentaliter sunt intelligenda, contra Pont. et Luth.

d. Buchstäblich genommen müsste ist hier heissen: »ist verwandelt in« oder »enthält in sich,« was auch kein Festhalten am wirklichen Ausdruck ist. Unsere Erklärung ist nichts weniger als eine ungläubige.

Oecol. l. l. Sed ubi ita loquitur scriptura de re subito orta vel mutata, ut per copulam est rei, quae non sui natura talis est, tamquam praedicatum subjecto res commutetur et praedicetur?

Calv. 23. Jam quid hoc sibi velit, nescio, quum res diversae esse concedant panem et corpus, asserere tamen alterum de altero proprie et sine figura praedicari. 24. Nos rationi humanae ita addictos esse jactant, ut nihilo plus tribuamus dei potentiae quam naturae ordo patitur. Sed ostendi, me hoc mysterium minime rationis humanae modo metiri, vel naturae legibus subjicere.

Keck. 229. Ch. non dicit: sub hoc est corpus meum; — nec: hoc erit vel fiat corpus meum.

Alting. th. elenchi. 595. Pontif. et Lutherani sensum proprium ac literalem tenendum esse contendunt; sed quae sit illa litera, ne

inter ipsos quidem convenit. Orthodoxi sensum tropicum ac figuratum sequendum esse docent. 597. Sed quia nec substantia panis est dicive potest substantia corporis Chi., nec substantia poculi i. e. vini est dicive potest substantia sanguinis Chi. aut essentia novi foederis, ergo adversariorum neutri hunc sensum retinent. Sed Pontif. volunt panem mutari in corpus Chi. nec nisi transsubstantiatum esse corpus Chi. Lutherani vero, non ipsum panem, sed id quod est ac latet in, cum, sub pane, esse corpus Chi. Utrique igitur ipso facto demonstrant, sensum proprium ac literalem haud quadrare.

IV. Im A. verhalten sich das äussere Symbol (Zeichen und Handlung) zur bezeichneten Sache durchaus so wie in der Taufe; der Zusammenhang der *signa* mit der *res Si.* ist völlig derselbe, nur dass die symbolische Analogie im A. noch vollkommener vorhanden ist. Die innere Sache nämlich wird von aussen her unterstützt durch die äussern Zeichen und Pfänder, ist aber nicht an dieselben gebunden, noch in dieselben eingeschlossen, nur sacramentlich mit ihnen verknüpft. Somit ist weder eine Verwandlung der Zeichen in die Sache, noch eine sinnliche Anwesenheit der Sache in den Zeichen zuzugeben, *transsubstantiatio* und *consubstantiatio*. Auch wirkt der äussere Gebrauch der Symbole die Sache nicht *ex opere operato*, sondern der h. G. ist's, welcher die durch Chi. Einsetzung gesegneten Symbole zum Heil mitwirksam macht, indem er die gläubige Empfänglichkeit aufregt.

1) Das S. besteht aus den Symbolen (Zeichen oder Elementen und äusserer Handlung) und aus der innern Sache, *res*. Beide verhalten sich zu einander im A. ganz wie auch in der T. (und in der Zudienung des Gottesswortes); somit wirken die S. als Zeichen und Siegel der mit ihnen sacramentlich verbundenen Sache.

Bull. 122. Chum. non pane concludimus, nec verum ipsius sanguinem vino miscemus, neque etiam corpus et sanguinem Chi. invisibili, corporea tamen ratione pane et vino conjungimus, neque ex pane corpus Chi. naturale facimus, aut ipsum panis aó vini speciebus et accidentibus velamus. Nihil enim horum ad hujus Si. perfectionem requiritur, non magis quam ad Bapt. necessarium est, ut aqua in sanguinem Chi. transeat aut sub aqua sanguis lateat — —.

Calv. 1. S. constat corporeis signis et spirituali veritate, quae

per illa figuratur et exhibetur. De coena Di. Opp. T. VIII. p. 1. sq. Panem et vinum signa esse visibilia, quum corpus et sanguinem nobis repraesentant, corporis vero et sanguinis nomen eis attributum, quod sint veluti instrumenta, quibus D. nobis ea distribuit. 3. Figuris et signis, quae sub oculorum sensus cadunt, ut naturae nostrae imbecillitas requirit, ostenditur, ita tamen ut non sit figura nuda et simplex, sed veritati suae et substantiae conjuncta.

Conf. Helv. II. c. 21. Praeter manducationem spiritualem, quae et extra coenam fit, est et sacramentalis manducatio corporis Chi. qua foris etiam accedendo ad mensam Di. accipit visibile corporis et sanguinis Di. Sum. Prius quidem, dum credidit fidelis vivificum alimentum percepit et ipso fruitur adhuc; sed ideo dum nunc Sum. accipit, non nihil accipit, nam in continuatione communicationis corporis Chi. pergit adeoque magis magisque incenditur crescitque fides.

Alst. 737. Sacramentaliter i. e. relative adest signis, ratione promissionis s. unionis pactionalis, uti promissio nuptiarum est in annulo. Fide tangitur Ch. non corpore, ut ait Ambrosius; neque signis, neque fidelibus adest corporaliter.

Beza I. 30. Signa vocamus panem et vinum, quibus benedicit minister ex verbo divino, deinde caerimonias s. ritus actionis essentiales, nempe quod minister post claram explicationem divinae ordinationis et invocatum dei nomen panem frangit, fractum distribuit, itemque postea poculum. Res ipsa illud est, quod et in simplici verbo et altero So. proponitur, nempe ipse Ch. et redemtio ejus.

Keck. 218. Ceterum ex illa unione arctissima, quae est inter signum et signatum, promanat illa praedicatio, qua signum dicitur esse ipsa res signata.

Woll. 168. Materia Si. externa est visibile signum s. elementum, interna s. coelestis est res significata, Ch. cum omnibus beneficiis.

2) Die katholische Transsubstanziation wie die lutherische Consubstanziation sind falsche Vorstellungen, die Sache ist keineswegs an und für sich an diese Zeichen gebunden.

Calv. 19. Nos talem Chi. praesentiam in coena statuere oportet, quae nec panis elemento ipsum affigat, nec in panem includat, nec ullo modo circumscribat, (quae omnia derogare coelesti ejus gloriae palam est), deinde quae nec mensuram illi auferat, vel pluribus simul locis distrahat — —.

Cons. Tigur. 196. Tollenda est quaelibet localis praesentiae imaginatio. Ch. quatenus homo non alibi quam in coelo, nec aliter quam

mente et fidei intelligentia quaerendus est. Impia superstitio est, eum sub elementis hujus mundi includere.

Keck. 218. Non fingenda est aliqua unio per contactum substantialem, quia Ch. non rem physicam instituit sed theologicam et hyperphysicam, — alias de coena Di. non foret agendum in theologia sed in physica, quod notandum contra dogma consubstantiationis. Transsubstantiatio vero in eo est deterior, quod omnem simpliciter unionem signi et signati evertit, quia signum plane abolet et vult mutari in signatum. — Error Pontif. est, quod pronunciatis verbis institutionis signorum substantia mutetur in substantiam rerum signatarum. — 219. Sequitur error consubstantiatio, i. e. inclusio corporis Chi. in panem, et oralis perceptio corporis Chi.

Ryss. 615. Non quaeritur, an ulla fiat mutatio in pane et vino per consecrationem. Fatemur dari mutationem, sed moralem et quoad usum, quatenus symbola ab usu communi et ordinario elevantur ad usum sacrum et mysticum; sed quaeritur de mutatione quoad substantiam per transsubstantiationem, quod negamus. 620. Ch. praesens non est corporaliter in coena, contra Pont. et Luth. Lutherus proposuit inclusionem corporis Chi. in pane, quae consubstantiatio dicta est.

3) Das S. wirkt nicht *ex opere operato*, sondern der h. G. macht es wirksam für den Glauben.

Zw. IV. 54. Panis et vinum symbolicum sunt corpus Chi. Mens reficitur hac fide, quam symbolis testaris. Sp. s. dat fidem, non res externa.

Cat. Genev. 161. Vis et efficacia Si. non in externo elemento inclusa est, sed tota a spu. dei manat.

Cons. Tigur. 194. Si quid boni nobis per Sa. confertur, id non fit propria eorum virtute, etiam si promissionem, qua insigniuntur, comprehendas. Deus enim solus est, qui spu. suo agit. Organa quidem sunt Sa. quibus efficaciter, ubi visum est, agit deus. Dicuntur sigilla, et tamen proprie sp. est sigillum, ut ne minima salutis portio ab unico autore ad creaturas vel elementa transferatur.

Pet. Mart. de So. euch. 26. Corpus Chi. et sanguinem sola fide tenemus.

Beza I. 31. Non dubium est, quin virtute sp. si. quicunque veram fidem afferunt, magis ac magis cum Cho. coalescant, quum ad s. coenam ex dei mandato accedunt. 30. Instrumentum, quo ea coelestia accipimus, est fides, quare ut Aug. ait, qui non est in corpore Chi. non comedit Chi. corpus. Qui Chum. rideant, ab eo magis ac

magis abalienantur. II. 134. Benedictio non tam alicui mysterio significando instituta est, quam partim confirmandis qui ad mensam dei accedunt, partim ipsi So. conficiendo, partim solenni gratiarum actioni celebrandae. Fractio panis est passionis Di. symbolum; 137. acceptio exterior respondet interiori per fidem receptioni. 145. Verba haec non sunt operatoria.

Keck. 218. Fundamentum ex parte autoris est primarium ipsa mediatoris institutio, qua pani et vino imposuit hanc relationem, ut significarent realem participationem corporis et sanguinis sui; secundarium: hujus institutionis et voluntatis significatio per verba solemnia. 220. Fundamentum ex parte nostri est fidelis perceptio s. signorum; fundamentum ex parte rerum sacramentalium est ἀναλογία inter signa et res.

4) Ungläubige empfangen nur die Zeichen, nicht auch die Sache; unwürdiger Genuss des A. aber wirkt zum Gericht als leichtfertiger Gebrauch eines heiligen Gnadenmittels.

Bull. 122. Fidelium coena est non tantum panis manducatio sed etiam Chi. fruitio. Qui nulla fide sunt praediti, hi panem quidem et poculum Di. percipiunt, Chum. autem et vitam in ipso non percipiunt neque sentiunt; idcirco mortem Chi. contumelia afficiunt, ad ipsorum judicium.

Conf. Helv. II. 21. Qui nulla cum fide ad sacram Di. mensam accedunt, rem Si., unde est vita et salus, non percipiunt. Rei fiunt corporis Di. et ad judicium sibi edunt.

Cons. Tigur. 195. Sa. non conferunt gratiam. Commentum est, Sa. conferre gratiam omnibus non ponentibus obicem peccati mortalis. Minime alligata ipsis est dei gratia, ut quisquis signum habeat, re etiam potiatur.

Beza II. 151. Non quisque cum elementis rem quoque accipit, quae spiritualiter est apprehendenda. Elementa a quibusvis, res a solis fidelibus accipitur, quamvis et res cuivis praebeantur. 156. Acceptus Ch. servat, neglectus judicat.

Schl. »Das h. A. unwürdig geniessen heisst: ohne Bewusstsein der Hemmungen, welche das höhere Leben erfährt, und ohne die Absicht, es als Stärkungsmittel gegen dieselben zu gebrauchen. Solch unwürdiger Genuss gereicht zum Gericht der Verstockung, welche ein Element der Verdammniss ist.«

5) Der sacramentlichen Wirkung dient die innige Analogie des Symbols mit der Sache.

Conf. Helv. II. Sicut cibus et potus corporalis corpora nostra non tantum reficiunt ac roborant, sed et in vita conservant: ita et caro Chi. tradita pro nobis — animas nostras, quatenus spiritualiter nobis a spu. dei communicantur.

Beza I. 30. Analogiam rei cum signis sic explicamus; panis fractio repraesentat Chi. passionem, distributio panis donationem Chi. cum omnibus suis opibus nobis singulis a patre factam. Quemadmodum quod accipimus, edimus, bibimus naturaliter symbolum in nostram substantiam coalescunt: ita spirituali modo Ch., qui nunc est in coelis secundum carnem, vere nobis communicatur, ut simus caro ex carne ejus, i. e. cum Cho. unum facti et insiti ejus corpori per fidem vitam aeternam inde hauriamus.

Woll. 168. Forma Si. interna est in analogia signi et signati, unio signi et signati non naturalis sed σχετική, quatenus cum signo repraesentanti res quoque signata datur fidelibus.

6) Darum soll man bei der eingesetzten Form verbleiben, das h. A. nur in der Gemeinschaft geniessen, das Element in beiden Gestalten austheilen, und die ordentlich Berufenen das S. administriren.

Bull. 119. A prima institutione recedunt qui soli et extra coetus ecclesiasticos coenam Di. celebrant.

Conf. Helv. II. 21. Ritum, modum vel formam coenae illam existimamus esse simplicissimam, quae proxime accedit ad primam Di. institutionem et apostolicam; quae constat adnunciatione verbi dei, precibus piis, ipsa actione dominica et repetitione ejus — —. Improbamus illos, qui alteram speciem, poculum, inquam, Di. fidelibus subtraxerunt. Missa, quae hodie in usu est per universam ecclesiam Rom. plurimas et justissimas quidem ob causas in ecclesiis nostris abrogata.

Beza qu. II. 139. Aqua sola luendis sordibus sufficit in Bo., at in coena Di. cum Ch. nobis ut alimonia coelestis praebetur, vita haec autem non solo esu, sed etiam potu egeat: merito non tantum panis, sed etiam vinum in coena Di. adhibeatur, ut noverimus, totam nostram vitam a nobis in uno Cho. quaerendam. Nonnisi Satanae instinctu poculi usus Chianis. est ademtus.

Ryss. 606. Ritus fractionis panis necessarius est, contra Pont. et Luth. 608. Utrumque signum adeoque etiam vinum omnibus fidelibus porrigi debet, contra Pont. Communio sub una specie, exclusis Laicis a communione vini coepit Seculo XIII. et stabilita concilio Constantiensi Sec. XV.

7) Indifferent hingegen ist die unwesentliche Form, welcherlei Brotart, Wein, Geschirr gebraucht werde, ob man die Zeichen den Geniessenden in die Hand gebe, was indess zu Vermeidung von superstitiösem Vorzug des Administrirenden vorzuziehen ist, oder in den Mund, wie bei den Lutheranern.

Bull. 120. Aliquibus in partibus coenae D. fideles sunt liberi, veluti tempore quoties et quando celebranda sit; deinde ecclesia libera est in forma precum et gratiarum actionis, in sedendo vel accedendo, in forma et substantia panis, in calore vini, in vasis cet. Verumtamen non est ideo liberum quicquam eorum omittere quae a Do. usurpata et instituta sunt, veluti quod non solum de pane comedere, sed etiam de poculo bibere jussit.

Beza qu. II. 140. Prehensio manu facta non tam praecise necessaria, quam alii ritus sacramentales, tamen restituenda; ista enim panis in os injectio ex superstitiosa Sorum. reverentia orta est, quasi indigni essent homines qui sacra elementa contrectarent, quum tamen sit os nostrum impurius quam manus. 201. Etsi de ea re nolim ut de summa rerum contendere, libere tamen dico: azymi usus Judaismum sapit, et minus est quotidiani cibi analogiae accommodatus. Ch. azymis benedixit, quod Paschatis tempore Judaeis nonnisi azymis uti licuit.

Keck. 221. Externa sunt, an panis sit fermentatum, vinum rubrum vel candidum. Quia fermentatus panis rectius nutrit, praestat —. Ad naturam coenae non pertinet, utrum stemus an sedeamus.

Marbs. 623. An symbola sint communicantium oribus ingerenda a ministro, an vero tradenda in eorum manum. — Nego prius.

Ryss. 605. An utendum sit hostiis orbicularibus, atque illae in os hominum ingerendae? Nego contra Pontif. et Luth. (In Zürich braucht man ungesäuerte Oblaten).

8) Verwerflich ist die Verehrung der Hostie, welche ausserhalb der Handlung gar nichts Sacramentliches ist. Die Krankencommunion ist nicht nothwendig; ihre Einführung leicht mehr schädlich als nützlich, wenn als Privatcommunion zugedient; hingegen dass bei der öffentlichen Communion selbst die Distribution, so weit das geschehen kann, auch ausserhalb des Tempels in Häuser gleichzeitig ausgedehnt werde, ist ein löblicher Brauch.

Calv. 36. Adoratio Si. est superstitio. 39. Repositio Si. ut detur

aegrotis, inutilis est; tantis in rebus exemplum veteris ecclesiae non satis est.

Pet. Mart. de So. euchar. 26. Hoc Sum. praeter usum nihil esse, caetera Sa. fidem faciunt.

Beza qu. II. 141. Benedictio in adorationem, circumgestationem, oblationem pro vivis et mortuis — mutata Satanae sunt commenta. 196. Locus est coetus ecclesiae; privatus domos nihil moror, si ecclesia i. e. coetus communis in iis conveniat. Fuit consuetudo ut aegrotis mitteretur eucharistia, quo tempore sc. a ceteris celebrabatur; haec res magnam aegrotis consolationem attulit, quem morem magnopere velim restitutum. Sed an, quo tempore coena Di. in ecclesia non administratur, expediat apud aegrotos celebrari, de hoc valde ambigo. Non est coena Di. privata familiae alicujus actio, sed ecclesiae; deinde nisi 199. apud omnes aegrotos fiat, quomodo προσωπολημψίας suspicio vitabitur? si apud omnes, viderint pastores, quomodo possit ejus profanatio vitari et ipsi tantis laboribus sufficere.

Ryss. 630. S. coenae adorari non debet. 624. Minime sub specie panis et vini corpus et sanguis Chi. quotidie offertur in remissionem pecc. tam viventium et mortuorum. 632. Reliquiae panis et vini in s. coena in vasibus servari et solenniter ad aegros aliosque usus circumferri non debet.

Schl. »Der kathol. Ansicht Wesentliches ist, dass der Leib Chi. auch unabhängig von dem Genuss und ausserhalb der Handlung da sei und bleibe.«

V. Sind bis hieher alle ref. Dogmatiker einstimmig, und von den Lutherischen nur darin verschieden, dass diese im Begriff des S. überall die innere Sache mit den Zeichen verbunden sehen, somit auch wenn die Zeichen einem Ungläubigen dargereicht werden: so beginnt die Ungleichheit in der Abendmahlslehre eigentlich erst mit der Frage, welches denn genau die äusserlich abgebildete innere Sache sei. Da die wesentlich ref. Antwort hier das Gnadenheil des *foedus gratiae* überhaupt als die *res Si.* nennt, so ist Zwingli mit Calvin wesentlich einig, zumal auch Ersterer die Symbole nicht bloss als bedeutende Zeichen, sondern auch als besiegelnde Unterpfänder ansehen kann. Ja so weit stimmen auch die Lutheraner zu, nur dass sie die Nothwendigkeit der S. unbedingter lehren. Sobald aber die wesentliche Sache, das Gnadenheil in Ch. concreter als Leib und Blut Chi. bezeichnet wird, erheben sich grosse Schwierig-

keiten, noch vermehrt dadurch, dass man nicht immer genau beim hingegebenen Leib und vergossenen Blut stehen blieb, d. h. beim Erlösungstode, sondern auch abgesehen vom Tode Chi. die *res Si.* als das Geniessen des Leibes und Blutes Christi bezeichnete. ZWINGLI bleibt dabei stehen, dass die *res Si.* in den Einsetzungsworten selbst wieder uneigentlich ausgedrückt sei und eigentlich den ganzen, im Glauben zu ergreifenden Ch. oder dessen Erlösungstod meine; ebenso will OECOLAMPAD das *tertium comparationis* darin finden, dass Ch. den Jüngern das Brot leiblich zu essen gebe, wie er seinen Leib der Menschheit gleichsam zu essen giebt, indem Chi. Leib geistlich dann gegessen werde, wenn man das Andenken seines Todes treu bewahre; ebenso hat PET. MARTYR in seiner Schrift *de So. eucharistiae ed. 2, Tig.* 1552 den *contactus physicus* verneint und dennoch eine mystische Einigung mit Christi Leib, wie die der Gläubigen oder Ehegatten unter einander behauptet; CALVIN hingegen, um die Kluft gegen die Lutheraner hin zu verkleinern, hat den hingegebenen Leib und das vergossene Blut Chi. als die eigentliche und genaue *res Si.* stehen lassen, nur sei der Leib Chi. nicht *corporaliter*, sondern *spiritualiter* im A. dargereicht und zwar, da dieser verklärte, himmlische Leib creatürlich und beschränkt bleibe und nur im Himmel sei, nicht die Allenthalbenheit dieses Leibes fürs A. zugegeben, sondern eine Art Ausstrahlung dieses Leibes in die Gläubigen. ZWINGLI anerkennt nur ein geistiges Geniessen des Leibes Chi. und wo er unverhohlen herausredet nur ein geistiges Geniessen Christi im Glauben, denn einen Leib geistig essen, sei genau genommen, ein monströser Ausdruck.

A. 1) Die Zwinglische Lehre sieht im h. A. vorerst wider das Messopfer eine Gedächtnissfeier des Todes Chi. Da nun der Tod Chi. nicht gegessen werden kann, so wird nur von der innern Aneignung der Erlösungskraft dieses Todes hier die Rede sein.

Zw. III. 599. Quomodo repraesentat panis corpus? Nimirum cum sic editur, revocatur in memoriam, Ch. corpus suum percutientibus praebuisse pro nobis. — Hoc poculum est symbolum aut significabit sanguinem illum meum pro vobis effusum.

Bull. 120. Usu hujus coenae D. ecclesiae in recenti memoria conservare voluit mortem suam, qua liberati sumus, ac alimur et salvamur. 121. Quemadmodum pane ac vino humanum corpus alitur, ita etiam corpore Chi. pro nobis tradito — spiritualiter sustentamur. Praeterea quemadmodum panis et vinum non sedant famem ac sitim, nisi edantur et bibantur: ita nisi edamus corpus Chi. et bibamus sanguinem ejus, non habebimus vitam in nobis. Comeditur fide. 124. Coena Di. est recordatio unici sacrificii, quod semel a Cho. in cruce oblatum durat in perpetuum.

Conf. Helv. II. 21. Retinere vult D. ritu hoc sacro in recenti memoria maximum generi mortalium praestitum beneficium, nempe quod tradito corpore et effuso suo sanguine omnia nobis pecc. nostra condonavit.

Pet. Mart. de So. euch. 248. Una conjunctio cum Cho. est, quod fide amplectimur, corpus ejus actum in cruce et sanguinem fusum pro nostra salute.

Keck. 221. Terminus s. finis principalis est tum commemoratio grata mortis Chi., tum confirmatio fidei nostrae erga promissionem gratiae. Terminus minus principalis est publica professio et admonitio de unione membrorum cum capite et inter se.

2) Zwingli kann offenbar zustimmen, wenn Calvin nicht bloss ein Denken an Chi. Tod im A. haben will, sondern eine wirkliche geistige Aufnahme des Erlösers ins innere Leben der Gläubigen.

Zw. IV. 11. Credo in s. coena verum Chi. corpus adesse fidei contemplatione, — sed quod Chi. corpus per essentiam et realiter h. e. corpus ipsum naturale adsit aut dentibus mandatur, negamus. 12. Secundum divinitatem Ch. semper adest.

Bull. 121. Comeditur fide. Nempe quod D. qui verum habet corpus et vere etiam passus est, spu. suo interne in cordibus hominum de coelo operatur, ac illis vitam et omnia, quae suo sacro corpore seu passione sua adeptus est, confert; vicissim vero homines eadem per fidem recipiunt. Nos fidei nomine non inanem imaginationem intelligimus, sed vim divinam et sensibilem fruitionem coelestium. 248. Altera est, quod ipse dei filius suscepit veram naturam nostram, et sic inita est naturalis communio inter nos et Chum. Sed est quaedam tertia conjunctio, quam inimus eum manducando spiritualiter. De Zwinglio certo scio, quod signa ponit in hoc So. minime vacua aut irrita.

Calv. 19. quae (corpus et sanguis) non imaginatione duntaxat aut

mentis intelligentia percipere, sed re ipsa frui in alimentum vitae aeternae intelliguntur. 18. Ch. virtutem suam ubicunque placuerit exserit, se praesentem potentia et virtute exhibet, suis semper adest, vitam ipsis inspirans, non secus ac si corpore adesset, 10. Rem ille signatam offert et exhibet omnibus, qui ad spirituale epulum accumbunt, quamquam a fidelibus solis cum fructu percipitur.

Pet. Mart. de So. euch. 166. Observandum, quod etsi per fidem statuimus corpus Chi. edi, tamen ad istam sumptionem per fidem consequitur non ficta, sed vera conjunctio inter nos et Chum. quia non solum noster animus cum ipso unitur, sed etiam corpus et caro nostra inde habet suam instaurationem, efficimurque vere membra Di. et ipsum nostrum caput suscipimus, ex quo perpetuo et spum. et vitam haurimus.

Schl. »Die sacramentirerische Ansicht ist: der Genuss des Brotes und Weines sei nur ein Bild und Schatten von dem an diese Handlung gar nicht gebundenen geistigen Genuss, und sobald man sich des letztern bemächtigt habe, werde jene sinnbildliche Handlung besser aufgegeben als beibehalten. Damit stimmen die Socinianer überein, und meinen, das A. stehe in keiner Beziehung zum geistigen Genuss des Leibes und Blutes Chi., sei aber als ein Gebot Chi. und als ein Gebrauch, durch welchen wir Glauben und Zeugniss ablegen, beizubehalten.«

3) Beide glauben den Leib Chi. im Himmel ohne die Allenthalbenheit, welche derselbe haben müsste, wenn er wirklich im A. genossen würde.

Zw. IV. 12. Nec est, cur causentur adversarii, humanitatem Chi. esse ubicunque est divinitas, alias dividi personam, nam id tolleret veram humanitatem Chi. Corpus in uno loco est, attamen virtus latissime vagatur (e. c. solis). 13. Testimonia scripturae tollunt corporis praesentiam alicubi quam in coelo. 14. Quaero, quid corpus Chi. naturaliter comesum efficiat, — non remissionem pecc. non virtutem passionis Chi.

Cons. Tigur. 21. Tollenda est quaelibet localis praesentiae imaginatio, nam quum signa hic in mundo sint, Ch. quatenus homo est, non alibi quam in coelo nec aliter quam mente et fidei intelligentia quaerendus est. Quare perversa et impia superstitio est, ipsum sub elementis hujus mundi includere.

Art. 114. Ch. post ascensionem humana sua natura definito spatio continetur. Inconfusae in ejus persona sunt duae naturae i. e. utraque manet illaesa salvis suis proprietatibus. 116. Corpus esse sine

loco ambiente absurdum; — ubique esse non potest. 118. Ch. ubique adest ut deus, λόγος, deinde ut mediator, sic coenae suae et ecclesiae adest praesentia efficaci, non corpore sed persona, ita ut et humana ejus natura consentiat.

4) Wird die Sache im A. als zu essender Leib und zu trinkendes Blut Chi. bezeichnet: so ist sie selbst wieder uneigentlich bezeichnet, ganz so wie dieser Ausdruck auch abgesehen vom A. z. B. Joh. VI. vorkommt, welche Stellen daher mit Recht von ZWILGLI herbeigezogen werden, um zu zeigen, was Leib Chi. essen an und für sich sagen wolle.

BULL. 121. Quemadmodum vero panis Di. ore a fidelibus percipitur et editur, sic etiam interne ab ipsis per fidem corpus Chi. manducatur. Sed corpus et sanguis Chi. humano ore corporaliter non possunt edi aut bibi; Chi. enim corpus in coelis est in gloria, non in his terris in corruptione; spiritualiter ergo edendum per fidem. 123. Etenim D. de carnis suae esu sanguinisque potu loquens, caro, inquit, nihil prodest, — sc. corporaliter manducata.

CALV. 1. In unum corpus cum Cho. nos coalescere testimonium est. 11. Materiam Si. voco Chum. cum sua morte et resurrectione.

CONF. HELV. II. 21. Per spiritualem cibum intelligimus ipsum Di. corpus pro nobis traditum, quod tamen a fidelibus percipiatur spiritualiter per fidem. In qua re sequimur doctrinam ipsius Di. Joh. VI. Et hic esus carnis et potus sanguinis Di. ita est necessarius ad salutem, ut sine ipso nullus servari possit. Fit autem hic esus et potus spiritualis etiam extra coenam, et quoties aut ubicunque homo in Chum. crediderit.

PET. MART. de So. euch. 22. Nolim existimari tamen conjunctionem, quam habemus cum Cho. et inimus quotidie cum Cho., levem ducere; nam probe scio, scripturas, ut illam quam arctissimam demonstrarent, non solum docere, nos esse spu. merito et intercessione Jesu donatos, ejusque afflatu et spu. cum agi tum vivere, sed etiam illum ipsum esse nobiscum, per fidem in cordibus nostris habitare, caput nostrum esse, eumque in nobis et nos in ipso manere, in eo nos renasci, carnemque ejus et dari et accipi ut manducetur. Verum locutiones hujus generis intelligo metaphoricas esse.

BEZA qu. II. 46. Percipimus Chum. sed mere spiritualiter. 48. Caro et sanguis nominatur, quia nonnisi humanae ipsius naturae interventu, et quatenus frater noster est, connecti cum ipso possumus.

ARET. 119. Quasi Ch. non aliter possit suos cibare quam si corpore adesset.

Keck. 218. Correlatum — est corpus Chi. et sanguis, i. e. tota ejus substantia, cui fideles uniuntur, cum omnibus beneficiis ex passione et morte ipsius ad vitam aeternam nos sustentantibus.

Schl. »Leib und Blut Chi. essen ist Nährung unsers Lebens aus der Fülle des Seinigen. Der geistige Genuss Chi. und seines Leibes und Blutes im A. kann nicht ein wesentlich andrer sein als der ausser dem h. A.; das Eigenthümliche ist nur das Gebundensein des wesentlich selbigen Erfolgs an die geheiligte Handlung.«

B. 1) Hinausstrebend über Zwingli lehrt Calvin überdiess, dass als *res Si.* wahrhaft (also nicht uneigentlich?) der Leib Chi. selbst genossen werde als unsere Speisung zum ewigen Leben; jedoch sei das Geniessen kein sinnliches, sondern Sache der Seele und des Glaubens, daher denn einem solchen geniessenden Organ auch die zu geniessende Sache entsprechend doch wieder bloss als *virtus et efficacia corporis Chi.* bezeichnet wird.

Calv. 11. Dum fide percipi Chum. dico, intelligentia duntaxat et imaginatione velim concipi, — nullum locum relinquo huic cavillo. Dico per symbola v e r e nobis Chum. exhiberi adeoque corpus et sanguinem ejus. Opp. T. VIII. 3. Si hoc non de nihilo dicitur, necesse est, ut vita nostra in Cho. sita sit, animas nostras ipsius carne et sanguine vesci, velut cibariis propriis et peculiaribus. — Chum. nobis in coena veram propriamque corporis et sanguinis sui substantiam donare. 6. Talem praesentiam loco circumscriptam statuere, qua corpus Chi. signo includatur, aut localiter quod ajunt conjungatur: non tantum delirium est sed etiam exsecrandus error, gloriae Chi. detrahens et quidquid de natura ipsius humana credendum evertens.

Bull. 123. Ch. corporaliter non est vel in vel cum pane. Tamen non habemus coenam Cho. carentem; idem Ch. qui corporaliter ad dextram dei est et juxta humanam naturam in his terris praesens non est, ille ipse Ch. totus, spiritu, virtute, vita et operatione sua in coena praesens est, nimirum in ecclesia fidelium. Hic vivit et praesens est eo modo, quo mens fidelis ipso frui potest. Alia vero forma, modo et ratione Chum. praesentem habere fideles n e optant q u i d e m.

Conf. Helv. II. 21. Neque credidit vetustas pia, neque nos credimus, corpus Chi. manducari ore corporis corporaliter vel essentialiter.

Schl. »Die Zwinglische nähert sich der Socin'schen; Ch. hat mit Brot und Wein selbst nichts verbunden, sondern nur durch seinen Befehl mit der Handlung des Essens den geistigen Genuss seines Lei-

